

GRADUALE SIMPLEX

IN USUM
MINORUM ECCLESiarUM



LIBRERIA EDITRICE VATICANA

GRADUALE SIMPLEX

Handwritten text, possibly a signature or name, located in the lower right quadrant of the page. The text is illegible due to blurriness and low contrast.

GRADUALE SIMPLEX

EDITIO TYPICA ALTERA



property of
Ben Yanke

LIBRERIA EDITRICE VATICANA
MMVII

Prima impressio 1967
Reimpressio 1968
Editio typica altera 1975
Reimpressio 1988
Reimpressio 1999
Reimpressio 2007

© *Copyright by Libreria Editrice Vaticana, 1975*

ISBN 978-88-209-1603-9



SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

PROT. N. 2300/74

DECRETUM

Cantus faciliores ad Ordinem et ad Proprium Missæ spectantes publici iuris facti sunt *Kyriali simplici*, anno 1964, et *Graduali simplici*, anno 1967, ad obtemperanda præcepta Constitutionis de sacra Liturgia Concilii Vaticani II de paranda editione simpliciores gregorianos modos continente in usum minorum ecclesiarum (n. 117).

Interim, post instaurationem Calendarii Romani generalis, libri Psalmorum secundum Novam Vulgatam et librorum liturgicorum pro celebratione Missæ, nova ordinatio cantuum Gradualis Romani facta est *Ordine Cantus Missæ*, anno 1972. Iuxta quam etiam emendanda et complenda erant *Graduale simplex* et *Kyriale simplex*, quæ nunc in unum volumen eduntur.

Hanc ergo novam editionem Gradualis simplicis, a Summo Pontifice PAULO VI approbatam, Sacra Congregatio pro Cultu Divino nunc emittit et typicam eam declarat ut adhiberi possit in sacris celebrationibus iuxta normas in ipso Graduali simplici traditas.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex ædibus Sacræ Congregationis pro Cultu Divino, die 22 novembris 1974, in memoria sanctæ Cæciliæ.

IACOBUS ROBERTUS CARD. KNOX

Præfectus

✠ A. BUGNINI

Archiep. tit. Diocletianen.

a Secretis



PRÆNOTANDA

I. De natura huius editionis

1. Cantum sacrum et actuosam fidelium participationem in sacris celebrationibus in cantu peractis fovere cupiens, Sacrosanctum Œcumenicum Concilium Vaticanum II, in Constitutione de sacra Liturgia edixit ut, præter typicam gregorianarum melodiarum editionem complendam, pararetur « editio simpliciores modos continens, in usum minorum ecclesiarum » (n. 117). Cui voto Concilii Patrum obtemperans, a viris peritis hæc editio apparatus est pro cantibus ad Ordinarium et ad Proprium Missæ statutis, atque iis ecclesiis destinata est, quibus difficile evadat ornatiores Gradualis Romani melodias recte interpretari.

2. Graduale Romanum summo honori Ecclesiæ sit ob miros artis pietatisque sensus, quibus abunde præditum est, et suum integrum valorem servet. Ideo optandum est ut, iuxta novam eiusdem ordinationem in *Ordo Cantus Missæ* (Typis Polyglottis Vaticanis 1972), iis in ecclesiis congrue adhibeatur, quæ schola cantorum necessaria institutione technica prædita fruuntur, ut ornatiores modos debite assumere valeant.

Immo commendatur ut etiam in minoribus ecclesiis, quæ Graduale simplex adhibent, aliquæ partes, præsertim vero quæ faciliores aut magis in usu apud populum tradito more habentur, e Graduali Romano retineantur.

3. Utriusque ergo libri thesaurus non necessario separatim est adhibendus; immo aliqua permixtio formarum ex utroque fonte depromptarum in maiorem et iucundam varietatem cedere potest.

4. Sapienti proinde consilio si adhibeatur, Graduale simplex thesaurum musicum gregorianarum melodiarum nedum pauperiorem reddat, ipsum ditiores efficit. Et primo quidem ad textuum selectionem quod attinet, cum alios in usum liturgicum inducat, qui usque adhuc in Missali Romano non habentur; secundo etiam ad melodias quod spectat, cum aliæ non paucae e thesauro authentico fontium gregorianorum accipiantur et proponantur; tertio vero sub respectu quoque pastorali, eo quod facultatem præbeat celebrationes in cantu peragendi etiam in minoribus cœtibus.

II. De criteriis adhibitis

5. Ut eucharistica celebratio forma nobiliore, idest in cantu, ubique peragi posset, atque in ea fidelium participatio obtineri, necesse omnino erat ut melodiæ simplices haberentur.

6. Quæ tamen simplices melodiæ ex ornatoribus, in Graduali Romano exstantibus, derivari non poterant, cum ex iis notas aliquas aut melismata auferre nullo modo liceret; neque operi consentaneum visum est neogregorianas melodias pro textibus Missalis Romani ex novo conficere.

7. Proinde melodiæ authenticæ, quæ fini proposito responderent, exquisitæ sunt e thesauro cantus gregoriani, tum e typicis editionibus iam exstantibus, tum e manuscriptis fontibus sive Ritus Romani sive aliorum rituum latinorum.

8. Sed ex hac nova melodiarum selectione factum est ut textuum quoque nova series oriretur: nam rarissime melodia simplex inventa est cum iisdem verbis in Missali exstantibus connexa. Quoties ergo huiusmodi congruentia haberi non potuit, partes selectæ sunt, quæ verba

præberent textui Missalis Romani similia aut saltem, quoad sensum, propinqua. Sæpius tamen textus antiphonæ, e psalmo depromptæ, quæ melodia simplici caret et ideo tamquam antiphona proponi non potuit, in ipso psalmo, post antiphonam decantando, tamquam versus occurrit.

9. Cum igitur hi novi textus solummodo ex musicalibus rationibus selecti sint, iis sine notis musicis ullo modo uti liceat.

III. De cantibus Kyrialis simplicis

10. Partes ita disponuntur, ut quinque schemata simplicia Ordinarii Missæ efficiant, quæ tamen nullam ex se relationem habent cum gradu festivitatis dierum liturgicorum. Ex his primum peculiari modo desiderio Concilii respondet: « Provideatur ut christifideles etiam lingua latina partes Ordinarii Missæ quæ ad ipsos spectant possint simul dicere vel cantare » (*Const.* n. 54). Attamen singulæ partes numeris progredientibus distinguuntur, quo facilius evadat, si placet, Ordinarium Missæ, partibus ex diversis schematibus selectis, componere.

11. In fine hymni **Glória in excélsis**, e ritu ambrosiano derivati, ponitur **Amen** simplicius, quod tamen a germana antiquiore traditione haud discrepat.

12. Nihil prohibet quominus populus non totum **Agnus Dei** decantet, sed tantum respondeat per verba **miserére nobis** et **dona nobis pacem**.

IV. De forma cantuum Missæ

13. Pro cantibus ad introitum, ad offertorium et ad communionem forma adhibetur, quæ constat antiphona post psalmi versus resumenda.

14. Pro cantibus inter lectiones occurrentibus invenitur, iuxta diversa anni tempora:

a) psalmus responsorius, cum responso psalmodico aut alleluatico;

b) psalmus absque responso qui, tradito nomine, *tractus* appellatur;

c) Alleluia cum aliquibus versiculis psalmi tempore quo canitur **Alleluia**, vel alia acclamatio non alleluatica ad Evangelium pro tempore Quadragesimæ.

V. De structura schematum Missarum

15. In Proprio de Tempore, præter in Quadragesima, non singulæ dominicæ proprios cantus habent, sed pro singulis temporibus liturgicis unum vel plura præbentur schemata cum facultate ea per dominicas eiusdem temporis assumendi.

Singulæ tamen celebrationes Domini proprios cantus habent.

16. In Proprio Sanctorum, cantus Missæ inveniuntur proprii pro celebrationibus, quæ dominicæ occurrenti prævalent.

17. Communia Sanctorum eodem modo ordinantur ac Communia Missalis Romani, ea tamen lege ut pro singulis Sanctorum ordinibus unum tantum præbeatur schema, cum pluribus tamen cantibus pro diversis Missæ partibus, ita ut liceat unum vel alterum ex ipsis seligere qui Sancto melius congruat.

VI. De personis quæ ad cantus

Gradualis simplicis exsequendos requiruntur

18. Attento principio in Constitutione de sacra Liturgia proposito, ut « quisque, sive minister sive fidelis, munere suo fungens, solum et totum id agat, quod ad ipsum

ex rei natura et normis liturgicis pertinet » (n. 28), ex structura cantuum Gradualis simplicis:

a) *Cantor* antiphonas inchoat, atque versus psal-morum proponit, populo respondente. Psalmus potest etiam a schola cani.

b) *Cætus fidelium* antiphonas, et responsoria ad psalmos inter lectiones occurrentes, cantare debet. Pars fidelium aliquando etiam scholæ tribui poterit; convenit tamen ut saltem responsoria ad psalmos inter lectiones occurrentes, attenda eorum natura eorumque facilitate ad cantum, ab universo cœtu proferantur.

VII. De usu Gradualis simplicis

19. Ad introitum, offertorium et communionem canitur antiphona cum uno vel pluribus versibus psalmi pro opportunitate.

Antiphona resumitur post versus psalmi; versiculi tamen libere seligi possunt, etiam aliquibus ex iis, qui proponuntur, omissis, ita, tamen, ut locutio integra habeatur. Ad introitum et ad communionem in fine cantari potest *Glória Patri* et *Sicut erat*, ex duobus unico versu effecto, prout in tonis communibus notatur.

In canendo psalmo, duo servantur elementa particularia toni psalmodici, nempe: initium, quo finis antiphonæ connectitur cum tenore psalmi; et terminatio, qua finis toni psalmi connectitur cum initio antiphonæ.

20. Cantus inter lectiones hac ratione ordinantur:

Quando fiunt duæ lectiones ante evangelium, cantus sic ordinantur:

1) Extra Quadragesimam et tempus paschale, post primam lectionem cantatur psalmus responsorius; post alteram: vel psalmus alleluiaticus, vel antiphona *Allelúia* cum versibus suis.

2) In Quadragesima, post primam lectionem: psalmus responsorius prior; post alteram: vel psalmus responsorius alter, vel antiphona acclamationis, vel tractus.

3) Tempore paschali, post primam lectionem: psalmus alleluaticus prior vel alter; post alteram: vel alter, vel antiphona **Allelúia** cum versibus suis.

Quoties una tantum fit lectio ante evangelium, sumitur unus tantum e congruis cantibus ad libitum eligendus.

E psalmo autem quinque saltem versus, ad libitum, si plures proponuntur, seligendi, semper canuntur.

21. Quando plura pro eodem tempore exhibentur schemata, unum vel alterum ad libitum, prout magis opportunum visum fuerit, eligi potest. Immo possunt etiam aliæ partes ex uno assumi, aliæ ex altero.

Ad communionem cantari potest semper psalmus **33 Benedicam Dóminum**, cum **R̄. Allelúia** vel **Gustáte**. Immo possunt etiam cantari ad libitum alii cantus apti, ut notatur in fine voluminis, p. **462**

I
CANTUS
IN ORDINE MISSÆ


I. Ad ritus initiales	p. 3
II. Pro orationibus	p. 4
III. Ad liturgiam verbi	p. 5
IV. Ad Precem eucharisticam	p. 7
V. Ad ritus communionis	p. 9
VI. Ad ritus conclusionis	p. 14

I. AD RITUS INITIALES

1 Ad signum crucis



In nómine Patris, et Fí-li-i, et Spí-ri-tus Sancti.



R. Amen.

Ad salutationem

2

1



Grá-ti-a Dómi-ni nostri Iesu Christi, et cá-ri-tas De-



i, et communi-cá-ti-o Sancti Spí-ri-tus sit cum óm-



ni-bus vo-bis. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.

3

2



Grá-ti-a vobis et pax a De-o Patre nostro et Dó-




mino Iesu Chri-sto. *R.* Benedíctus De-us et Pa-ter



Dómi-ni nostri Iesu Chri-sti.

4

3




Dómi-nus vo-bíscum. [Pax vobis.] *R.* Et cum spí-ri-tu




tu-o.

Vel



Dómi-nus vobíscum. [Pax vo-bis.] *R.* Et cum spí-ri-



tu tu-o.

II. PRO ORATIONIBUS

A

5 Post collectam



...per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. *R.* Amen.

6 Post alias orationes



Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

7 Vel



Qui vi-vit et regnat in sæcu-la sæcu-ló-rum. *R.* Amen.

8 Post collectam

B




... per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. *R.* Amen.

9 Post alias orationes



Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

10 Vel



Qui vi-vit et regnat in sæcu-la sæcu-ló-rum. *R.* Amen.

Hic tonus B aptius convenit cum oratione super oblata, ad inducendam salutationem Dóminus vobíscum ante præfationem.

III. AD LITURGIAM VERBI

11 Post lectionem I



Verbum Dómi-ni. *R.* De-o grá-ti-as.

12 Post lectionem II vel unicam ante Evangelium



Verbum Dómi-ni. *R.* De-o grá-ti-as.

Ad Evangelium

A

13 Ante Evangelium



Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.



Lécti-o sancti Evangé-li-i secúndum Matthæ-um.



R. Gló-ri-a ti-bi, Dómine.


Post Evangelium



Verbum Dómi-ni. *R.* Laus tibi, Christe.

B


14 Ante Evangelium



Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.




Lécti-o sancti Evangé-li-i secúndum Matthæ-um.



R. Gló-ri-a ti-bi, Dómine.


Post Evangelium




Verbum Dómi-ni. *R.* Laus ti-bi, Christe.

C

15 Ante Evangelium



Dóminus vo-bíscum *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.



Lécti-o sancti Evangé-li-i secúndum Matthæ-um.



R. Glóri-a tibi, Dómine.

Post Evangelium



Verbum Dómini. *R.* Laus ti-bi, Christe.

IV. AD PRECEM EUCHARISTICAM

Ante præfationem

16

A. Tonus simplex




Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.



Y. Sursum corda. R. Habémus ad Dóminum.



Y. Grá-ti- as agámus Dómino De- o nostro. R. Dignum




et iustum est.

17

B. Tonus sollemnis



Dóminus vobís-cum. R. Et cum spí-ri-tu tu- o.



Y. Sursum corda. R. Habémus ad Dóminum.




Y. Grá-ti- as agámus Dómino De- o nostro. R. Dignum



et iustum est.

18 Post Consecrationem



Mysté-ri- um fíde- i. **vel** Mysté-ri- um fí- de- i.




R. Mortem tu-am annunti- ámus, Dómi-ne, et tu- am



resurrecti- ónem confi-témur, do-nec vé-ni- as.

19 Ad doxologiam




... per ómni- a sáecu-la sæcu-ló-rum. **R.** Amen.

V. AD RITUS COMMUNIONIS


Ad Orationem dominicam

20

A




Præcéptis salu-tá-ribus móni-ti, et di-ví-na insti-tu-ti-



óne formá-ti, audémus dí-ce-re:



Pa-ter noster, qui es in cæ-lis: sancti-ficé-tur nomen



tu-um; advéni- at regnum tu-um; fi- at volúntas




tu-a, sic-ut in cæ-lo, et in terra. Panem nostrum
 co-ti-di-ánum da nobis hódie; et dimítte nobis dé-
 bi-ta nostra, sic-ut et nos dimít-timus debi-tó-ribus
 nostris; et ne nos indúcas in tenta-ti-ó-nem; sed lí-
 be-ra nos a ma-lo.

Post embolismum Libera nos, ut infra n. 23.

21

B


Præceptis sa-lutá-ribus móni-ti, et di-vína insti-tu-ti-
 óne formá-ti, audémus díce-re:
 Pa-ter noster, qui es in cæ-lis sancti-fi-cé-tur no-




men tu- um; advé-ni- at regnum tu- um; fi- at vo-lún-
 tas tu- a, sic-ut in cælo, et in ter-ra. Panem nostrum
 co-ti-di- ánum da nobis hód- i- e; et dimítte nobis
 débi- ta nostra, sic-ut et nos dimítimus debi- tó-ribus
 nostris; et ne nos indúcas in tenta-ti- ó- nem; sed
 lí-bera nos a ma- lo.

Post embolismum Líbera nos, ut infra n. 23.

22


C



Præcéptis sa- lutá-ribus móni- ti, et di- vína insti- tu- ti-
 óne formá- ti, audémus dí- ce- re:



Pa-ter noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen




tu- um; advéni- at regnum tu-um; fi- at vo-lúntas



tu- a sic-ut in cæ-lo, et in ter- ra. Panem nostrum




co-ti-di- ánum da no-bis hód- i- e; et dimítte nobis



dé-bi-ta nostra, sic-ut et nos dimítimus de-bi-tó-ribus




no- stris; et ne nos indú- cas in tenta- ti- ónem; sed






líbe- ra nos a ma- lo.

23 *Post embolismum* Líbera nos




...expectántes be- á- tam spem et advéntum Salva- tó- ris





Ad pacem

24 Post orationem



25



VI. AD RITUS CONCLUSIONIS

Ad benedictionem simplicem

26

A

Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.

Bene-dícat vos omnípo-tens De-us, Pa-ter, et Fí-li-us,

et Spí-ri-tus Sanctus. *R.* Amen.

27

B


Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.


Bene-dícat vos omnípo-tens De-us, Pa-ter, et Fí-li-us,

et Spí-ri-tus Sanctus. *R.* Amen.Ad benedictionem sollemnem
et orationes super populum

28

A

Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.



Incliná-te vos ad bene-dicti-ónem.

Post unamquamque invocationem



R. Amen.




Bene-dícat vos omnípo-tens De-us, Pa-ter, et Fí-li-us,



et Spí-ri-tus Sanctus. *R.* Amen.

29

B




Dóminus vobís-cum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.



Incli-ná-te vos ad bene-dicti-ónem.

Post unamquamque invocationem



R. Amen.



Bene-dí-cat vos omní-po-tens De-us, Pa-ter, et Fí-li-us,




et Spí-ri-tus Sanctus. *R.* Amen.


Ad benedictionem episcopalem

30


A




Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.



V. Sit nomen Dómini bene-díctum. *R.* Ex hoc nunc et




usque in sǎcu-lum. *V.* Adiutó-ri-um nostrum in nó-



mine Dómini. *R.* Qui fe-cit cæ-lum et terram.




Bene-dí-cat vos omní-po-tens De-us, Pa-ter, et Fí-li-us




et Spí-ri-tus Sanctus. *R.* Amen.

31


B




Dóminus vobís-cum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.



Y. Sit nomen Dómi-ni benedíctum. *R.* Ex hoc nunc et



usque in sácu-lum. *Y.* Adiutó-ri-um nostrum in nó-



mi-ne Dómi-ni. *R.* Qui fecit cælum et terram.



Bene-dí-cat vos omní-po-tens De-us, Pa-ter, et Fí-li-us,



et Spí-ri-tus Sanctus. *R.* Amen.


32 Ad dimittendum populum



I-te, mis-sa est.

R. De-o grá-ti-as.

33 Dominica Resurrectionis, infra octavam Paschæ nec- non dominica Pentecostes



I-te, missa est, alle-lú-ia, alle- lú- ia.


R. De- o grá-ti- as, alle-lú-ia, alle- lú- ia.

II
KYRIALE SIMPLEX


I

34

ed. Vat. XVI



K ý-ri- e, e-lé- i-son. *ij.* Christe, e-lé- i-son. *ij.*



Ký-ri- e, e-lé- i-son. Ký-ri- e, e-lé- i-son.

35

ed. Vat. XV




G ló-ri- a in excélsis De- o. Et in terra pax ho-



mí-nibus bonæ vo-luntá-tis. Laudámus te. Bene-dí-



cius te. Adorámus te. Glo-ri-fi-cámus te. Grá-




ti- as ágimus ti-bi propter magnam gló-ri- am tu- am.




Dómi-ne De- us, Rex cæ-léstis, De- us Pa-ter omní-




po-tens. Dómi-ne Fi- li uni-gé-ni-te, Iesu Christe.



Dómine De- us, Agnus De- i, Fí- li- us Patris, Qui



tol- lis peccá- ta mundi, mi- se- ré- re nobis. Qui tollis



peccá- ta mundi, súsci- pe depre- ca- ti- ónem nostram.



Qui sedes ad déxte- ram Patris, mi- se- ré- re nobis.



Quóni- am tu so- lus Sanctus. Tu so- lus Dóminus.




Tu so- lus Altíssimus, Iesu Chri- ste. Cum Sancto



Spí- ri- tu, in gló- ri- a De- i Pa- tris. A- men.

36

ed. Vat. XVIII




Sanctus, * Sanctus, Sanctus Dóminus De- us Sá-



ba- oth. Pleni sunt cæ- li et terra gló- ri- a tu- a.




Ho-sánna in excél-sis. Bene-díctus qui venit in nó-




mi-ne Dómi-ni. Ho-sánna in excél-sis.

37

ed. Vat. XVIII



A -gnus De-i, * qui tollis peccá-ta mundi: mi-se-



ré-re no-bis. Agnus De-i, * qui tollis peccá-ta mun-



di: mi-se-ré-re no-bis. Agnus De-i, * qui tollis pec-



cá-ta mundi: dona nobis pa-cem.

II

38

ed. Vat. XVIII



K ý-ri-e, e-lé-i-son. *ij.* Christe, e-lé-i-son. *ij.*




Ký-ri-e, e-lé-i-son. Ký-ri-e, e-lé-i-son.

39




K ý-ri- e, e-lé- i-son. *ij.* Christe, e-lé- i-son. *ij.*



Ký-ri- e, e-lé- i-son. Ký-ri- e, e- lé- i-son.


40

more hispano


G ló-ri a in excél-sis De-o. Et in terra pax ho-



mí-nibus bonæ vo-luntá-tis. Laudámus te. Bene-dí-



cimus te. Adorámus te. Glo-ri- ficámus te. Grá-



ti- as ágimus ti-bi propter magnam gló-ri- am tu- am.



Dómine De- us, Rex cæ-léstis, De- us Pater omní-po-



tens. Dómine Fi- li uni-gé-ni-te, Iesu Christe. Dó-




mi-ne De-us, Agnus De-i, Fí-li-us Patris. Qui tol-
 lis peccá-ta mundi, mi-se-ré-re nobis. Qui tollis pec-
 cá-ta mundi, súscipe depre-ca-ti-ónem nostram. Qui
 sedes ad déxte-ram Patris, mi-se-ré-re nobis. Quóni-
 am tu so-lus Sanctus. Tu so-lus Dóminus. Tu so-
 lus Altíssimus, Iesu Chri-ste. Cum Sancto Spí-
 ri-tu, in gló-ri-a De-i Pa-tris. Amen.

41

ed. Vat. XVI

II



Sanctus, * Sanctus, Sanctus Dóminus De-us Sá-
 ba-oth. Ple-ni sunt cæ-li et ter-ra gló-ri-a tu-a.

Ho-sánna in excél-sis. Bene-díctus qui ve-nit
in nó-mi-ne Dómini. Ho-sánna in excél-sis.

42

ed. Vat. XVI


I
A -gnus De-i, * qui tol-lis peccá-ta mun-di: mi-se-ré-re no-bis. Agnus De-i, * qui tollis peccá-ta mundi: mi-se-ré-re no-bis. Agnus De-i, * qui tollis peccá-ta mun-di: dona no-bis pa-cem.

III


43

K ý-ri-e, e-lé-i-son. *ij.* Christe, e-lé-i-son. *ij.*
Ký-ri-e, e-lé-i-son. Ký-ri-e, e-lé-i-son.

44




Ký-ri-e, e-lé-i-son. *ij.* Christe, e-lé-i-son. *ij.*



Ký-ri-e, e-lé-i-son. *ij.*

45

ed. Vat. more ambrosiano

Gló-ri-a in excélsis De-o. Et in terra pax ho-




mí-nibus bonæ vo-luntá-tis. Laudá-mus te. Bene-dí-




cimus te. Ado-rá-mus te. Glo-ri-fi-cá-mus te.



Grá-ti-as á-gi-mus ti-bi propter magnam



gló-ri-am tu-am. Dó-mine De-us, Rex cæ-léstis, De-




us Pa-ter omní-po-tens. Dó-mi-ne Fi-li u-ni-gé-ni-te,



Iesu Christe.

Dómi-ne De-us, Agnus



De-i, Fí-li-us Patris. Qui tollis peccá-ta mundi,




mi-se-ré-re no-bis. Qui tol-lis peccá-ta mun-



di, súscipe depre-ca-ti-ónem nostram.



Qui sedes ad déxte-ram Patris, mi-se-ré-re nobis.



Quóni-am tu so-lus Sanctus. Tu so-lus Dóminus.



Tu so-lus Altíssimus, Iesu Christe.

Cum



Sancto Spí-ri-tu, in gló-ri-a De-i Patris. Amen.



vel Amen.

46

more ambrosiano



S anctus, * Sanctus, Sanctus Dóminus De-us Sá-



ba-oth. Ple-ni sunt cæ-li et ter-ra gló-ri-a tu-a.



Ho-sánna in excélsis. Bene-díctus qui ve-nit in nó-



mi-ne Dómi-ni. Ho-sánna in excél- sis.


47



A -gnus De-i, * qui tollis peccá- ta mundi: mi-



se-ré-re nobis. Agnus De-i, * qui tollis peccá-



ta mundi: mi-se-ré-re nobis. Agnus De-i, * qui



tollis peccá- ta mundi: dona nobis pacem.

IV

48

ed. Vat. XII



K ý-ri e, e- lé- i-son. *ij.* Christe,




e-lé- i-son. *ij.* Ký-ri e, e- lé- i-son.




Ký-ri e, e- lé- i-son.

49



K ý-ri e, e-lé- i-son. *ij.* Christe, e-lé- i-son. *ij.*




Ký-ri e, e-lé- i-son. Ký-ri e, e- lé- i-son.

50

ed. Vat. XII




G ló-ri a in excélsis De- o. Et in terra



pax homí-nibus bonæ vo-luntá-tis. Laudámus te.

Bene-dí-cimus te. Ado-rá-mus te. Glo-ri-fi-cá-mus
 te. Grá-ti-as á-gimus ti-bi propter magnam gló-ri-
 am tu-am. Dó-mi-ne De-us, Rex cæ-léstis, De-us
 Pa-ter omní-po-tens. Dó-mine Fi-li u-ni-gé-ni-te, Ie-
 su Chri-ste. Dó-mine De-us, Agnus De-i, Fí-li-us
 Patris. Qui tollis peccá-ta mundi, mi-se-ré-re nobis.
 Qui tollis peccá-ta mundi, sú-sci-pe depre-ca-ti-ónem
 nostram. Qui sedes ad dè-xte-ram Patris, mi-se-ré-re
 nobis. Quó-ni-am tu so-lus Sanctus. Tu so-lus Dó-



minus. Tu so-lus Altís-simus, Iesu Christe. Cum



Sancto Spí-ri-tu, in gló-ri-a De-i Patris.




A-men.

51

ed. Vat. XIII



Sanctus, * Sanctus, Sanctus Dómi-nus De-us Sá-



ba-oth. Ple-ni sunt cæ-li et terra gló-ri-a tu-a.



Ho-sánna in ex-célsis. Bene-díctus qui ve-nit in nó-



mi-ne Dómi-ni. Ho-sánna in ex-célsis.

52


ed. Vat. ad lib. II



A-gnus De-i, * qui tol-lis peccá-ta mundi: mi-



se-ré-re nobis. Agnus De-i, * qui tol-lis peccá-ta



mundi: mi-se-ré-re nobis. Agnus De-i, * qui tol-



lis peccá-ta mundi: dona nobis pacem.


53




Agnus De-i, * qui tollis peccá-ta mun-di: mi-



se-ré-re nobis. Agnus De-i, * qui tollis peccá-



ta mun-di: mi-se-ré-re nobis. Agnus De-i, * qui



tollis peccá-ta mun-di: dona no-bis pacem.

V

54




K ý-ri- e, e-lé- i-son. *ij.* Christe, e-lé- i-son. *ij.*




Ký-ri- e, e-lé- i-son. *ij.*

55



K ý-ri- e, e-lé- i-son. *ij.* Chri- ste, e-lé- i-son. *ij.*



Ký-ri- e, e-lé- i-son. *ij.*

56

ed. Vat. X




G ló-ri- a in excélsis De- o. Et in terra pax



homí-nibus bonæ vo-luntá-tis. Laudámus te. Bene-




dí-cimus te. Adorámus te. Glo-ri-fi-cámus te.



Grá-ti-as ágimus ti-bi propter magnam gló-ri-am tu-



am. Dómi-ne De-us, Rex cæ-léstis, De-us Pa-ter



omní-po-tens. Dómine Fi-li uni-gé-ni-te, Iesu




Christe. Dómi-ne De-us, Agnus De-i, Fí-li-us Pa-




tris. Qui tollis peccá-ta mun-di, mi-se-ré-re nobis.



Qui tollis peccá-ta mun-di, sú-scipe depre-ca-ti-ónem



nostram. Qui sedes ad dèxte-ram Patris, mi-se-ré-re



nobis. Quó-ni-am tu so-lus Sanctus. Tu solus Dó-

minus. Tu so-lus Altíssimus, Iesu Christe. Cum
 Sancto Spí-ri- tu, in gló- ri- a De- i Pa- tris.
 A- men.

57

ed. Vat. X

IV
Sanctus, * Sanc-tus, Sanctus Dómi-nus De- us
 Sába- oth. Pleni sunt cæ-li et terra gló-ri- a tu- a.
 Ho-sánna in excél- sis. Bene-díctus qui ve- nit in
 nómi- ne Dómi- ni. Ho-sánna in excél- sis.

58

ed. Vat. X


IV
A-gnus De- i, * qui tollis peccá-ta mundi: mi-



se-ré-re no-bis. Agnus De-i, * qui tollis peccá-



ta mundi: mi-se-ré- re nobis. Agnus De-i, * qui




tollis peccá-ta mundi: dona nobis pacem.

59



A -gnus De-i, * qui tollis peccá-ta mundi: mi-se-



ré-re no-bis. Agnus De-i, * qui tollis peccá-ta



mundi: mi-se-ré-re nobis. Agnus De-i, * qui tollis



peccá-ta mundi: dona nobis pacem.

CREDO

60

I

ed. Vat.

IV


Credo in unum De-um, Patrem omnipo-téntem,
 factórem cæ-li et terræ, vi-si-bí-li-um ómni-um et
 invi-sibí-li-um. Et in unum Dóminum Iesum
 Christum, Fí-li-um De-i uni-gé-ni-tum. Et ex Pa-
 tre natum ante ómni-a sæcu-la. De-um de De-o,
 lumen de lúmine, De-um verum de De-o ve-ro.
 Gé-ni-tum, non factum, consubstanti-á-lem Patri: per
 quem ómni-a facta sunt. Qui propter nos hómines



et propter nostram sa-lútem descéndit de cæ-lis. Et



incarnátus est de Spí-ri-tu Sancto ex Ma-rí-a



Vír-gi-ne, et homo factus est. Cruci-fí-xus ét-i-am



pro nobis sub Pónti-o Pi-lá-to; passus et sepúltus



est. Et re-surré-xit térti-a di-e, secúndum Scrip-




túras. Et ascéndit in cæ-lum, sedet ad dexteram



Patris. Et í-te-rum ventúrus est cum gló-ri-a,




iudi-cá-re vivos et mórtu-os, cu-ius regni non e-rit



finis. Et in Spí-ri-tum Sanctum, Dóminum et



vi-vi-fi-cántem: qui ex Patre Fi-li-óque procé-dit.




Qui cum Patre et Fí-li-o simul adorá-tur et con-



glo-ri-fi-cátur: qui locú-tus est per prophé-tas. Et



unam, sanctam, cathó-li-cam et apostó-li-cam Ec-



clé-si-am. Confí-te-or unum baptísma in remissi-



ónem pecca-tórum. Et expécto resurrecti-ónem



mortu-ó-rum. Et vi-tam ventú-ri sé-cu-li.



A- men.


II

61

ed. Vat.

IV


Credo in unum De-um, Patrem omnipo-téntem,
 factórem cæ-li et terræ, vi-si-bí-li-um ómni-um et
 invi-si-bí-li-um. Et in unum Dóminum Iesum
 Christum, Fí-li-um De-i uni-géni-tum. Et ex Pa-
 tre na-tum ante ómni- a sæcu-la. De-um de De-o,
 lumen de lúmine, De-um verum de De-o vero.
 Gé-ni-tum, non factum, consubstanti- á-lem Patri: per
 quem ómni- a facta sunt. Qui propter nos hómi-nes



et propter nostram salú-tem descéndit de cæ-lis.




Et incarná-tus est de Spí-ri-tu Sancto ex Ma-ri-a




Virgine, et homo factus est. Cru-ci-fíxus ét-i-am



pro nobis sub Pónti-o Pi-lá-to; passus et sepúltus est.



Et re-surré-xit térti-a di-e, secúndum Scriptú-ras.



Et ascéndit in cælum, sedet ad déxteram Patris.



Et í-te-rum ventúrus est cum gló-ri-a, iudi-cá-re



vi-vos et mór-tu-os, cu-ius regni non e-rit fi-nis.




Et in Spí-ri-tum Sanctum, Dóminum et vi-vi-ficán-




tem: qui ex Patre Fi-li- óque procé-dit. Qui cum




Patre et Fí-li- o simul ado-rá-tur et conglo-ri-ficá-



tur: qui locú-tus est per prophé-tas. Et unam, sanc-




tam, cathó-li-cam et apostó-li-cam Ecclé-si- am. Con-



fí-te- or unum baptísma in remis-si- ónem pecca-



tó-rum. Et expécto re-surrecti- ónem mortu-ó-rum.



Et vi-tam ventú-ri sæcu-li. A- men.


III

62


ed. Vat.

V

Credo in unum De- um, Patrem omnipo-téntem,
 factórem cæ-li et terræ, vi-si-bí-li-um ómni-um et
 invi-si-bí-li-um. Et in unum Dóminum Iesum
 Christum, Fí-li-um De-i uni-gé-ni-tum. Et ex Pa-
 tre na- tum ante ómni- a sæ- cu- la. De- um de
 De- o, lumen de lúmine, De- um verum de De- o
 vero. Géni- tum, non fac- tum, consubstanti- á- lem
 Patri: per quem ómni- a facta sunt. Qui propter




nos hómines et propter nostram sa-lú-tem descéndit




de cæ-lis. Et incarná-tus est de Spí-ri-tu Sancto



ex Marí- a Vírgine, et homo factus est. Cru-ci-fí-




xus ét-i- am pro nobis sub Pónti- o Pi- láto; passus




et sepúl- tus est. Et resurré-xit térti- a di- e, secún-




dum Scriptúras. Et ascéndit in cæ- lum, sedet ad



déxte-ram Pa- tris. Et í- te- rum ventúrus est cum



gló-ri- a, iudi- cá- re vivos et mórtu- os, cuius regni



non e-rit fi- nis. Et in Spí-ri- tum Sanctum, Dó-

minum et vi-vi-fi-cántem: qui ex Patre Fi-li óque
 pro-cédit. Qui cum Patre et Fí-li-o simul ado-
 rá-tur et conglo-ri-ficá-tur: qui locú-tus est per pro-
 phé-tas. Et unam, sanctam, cathó-li-cam et apostó-
 licam Ecclé-si-am. Confí-te-or unum baptísma in
 remissi-ónem peccató-rum. Et expécto resurrecti-ónem
 mortu-ó-rum. Et vi-tam ventú-ri sæcu-li.
 A-men.

IV


63

more ambrosiano


Credo in unum De-um, Patrem omni-po-téntem,
 factó-rem cæ-li et terræ, vi-si-bí-li-um ómni-um et
 invi-si-bí-li-um. Et in unum Dóminum Iesum Chri-
 stum, Fí-li-um De-i uni-gé-ni-tum. Et ex Patre
 na-tum ante ómni-a sæcu-la. De-um de De-o,
 lumen de lúmine, De-um ve-rum de De-o ve-ro.
 Gé-ni-tum, non factum, consubstanti-á-lem Patri: per
 quem ómni-a facta sunt. Qui propter nos hómines



et propter nostram sa-lú-tem descéndit de cæ-lis.




Et incarná-tus est de Spí-ri-tu Sancto ex Ma-rí-a



Vír-gi-ne, et homo factus est. Cru-ci-fí-xus ét-i-am



pro nobis sub Pónti-o Pi-lá-to; passus et sepúltus




est. Et re-surréxit térti-a di-e, secúndum Scriptú-




ras. Et ascéndit in cæ-lum, sedet ad dexte-ram Pa-



tris. Et í-te-rum ventúrus est cum gló-ri-a, iudi-



cá-re vivos et mórtu-os, cu-ius regni non e-rit fi-nis.




Et in Spí-ri-tum Sanctum, Dóminum et vi-vi-fi-cán-



tem: qui ex Patre Fi-li-óque pro-cédit. Qui cum Pa-



tre et Fí-li-o simul ado-rá-tur et conglo-ri-fi-cá-




tur: qui locú-tus est per prophé-tas. Et unam, sanc-




tam, cathó-li-cam et apostó-li-cam Ecclé-si-am. Con-



fí-te-or unum baptísma in remissi-ónem pecca-tó-



rum. Et expécto re-surrecti-ónem mortu-ó-rum.



Et vi-tam ventú-ri sæ-cu-li. A-men.

III
GRADUALE SIMPLEX


PROPRIUM
DE TEMPORE

Tempus Adventus	p. 53
Tempus Nativitatis	p. 64
Tempus Quadragesimæ	p. 82
Sacrum Triduum paschale	p. 129
Tempus paschale	p. 143
Tempus per annum	
Sollemnitates Domini	p. 195
Missæ temporis per annum	p. 215


TEMPUS ADVENTUS

Missa I

Antiphona ad introitum



Ad te, Dómine, * levá-vi ánimam me-am: veni,



et é-ripe me, Dómine, ad te confúgi.


Psalmus 24



V. I *Neque* exsúltent super me i-nimí-ci **me-** i, * ét-



enim uni-vérsi qui sústinent te non confundén- tur.



Ant. Ad te, Dómine. **Flexa:** et **doce** me, †

Intonatio rursus fieri debet initio cuiusque versiculi.

2 *Vias* tuas, Dómine, *demónstra* **mihi**, * et sémitas tuas édoce me. **Ant.** Ad te, Dómine.

3 *Dirige* me in veritáte tua, et **doce** me, † quia tu es Deus *salútis* **meæ**, * et te sustínui tota **die**.

Ant. Ad te, Dómine.

- 4 *Secúndum misericórdiam tuam meménto mei* tu, * propter bonitátem tuam, **Dómine. Ant.** Ad te, **Dómine.**
- 5 *Dulcis et rectus Dóminus*, * propter hoc peccatóres viam docébit. **Ant.** Ad te, **Dómine.**
- 6 *Diriget mansuétos in iudício*, * docébit mites vias suas. **Ant.** Ad te, **Dómine.**

Cantus inter lectiones hoc modo ordinari possunt:

Quando fiunt duæ lectiones ante evangelium, cantus sic ordinantur: post primam lectionem, cantatur psalmus responsorius; post alteram, vel psalmus alleluiaticus, vel antiphona Allelúia cum versibus suis.

Quoties una tantum fit lectio ante evangelium, sumitur unus tantum ex his cantibus ad libitum eligendus.

Psalmus responsorius E 1

Ps. 79

Psalmista / Omnes

Ps. 1 Ve-ni ad li-be-rándum nos. **R.** **Dómine** De- us vir-

tú-tum.

Psalmista /

Ps. 2 Qui pascis Isra-el, intén-de, * qui dedú-cis vel-ut

Omnes

o-rem **Ioseph. R.** **Dómine.**


- 3 Excita poténtiam tuam, et **veni**, * ut salvos **fácias** nos. *R.* Dómine.
- 4 Vínream de Ægýpto transtulísti, * eiecísti gentes, et plantásti eam. *R.* Dómine.
- 5 Purgásti locum in conspéctu eius, * plantásti raíces eius, et implévit **terram**. *R.* Dómine.
- 6 Opérti sunt montes umbra eius, * et ramis eius **cedri Dei**. *R.* Dómine.
- 7 Exténdit pálmities suos usque ad **mare**, * et usque ad Flumen propágines **suas**. *R.* Dómine.
- 8 Deus virtútum, convértere; * réspice de cælo et vide, et vísitá vínream **istam**. *R.* Dómine.

Semper omittitur Glória Patri.

Alleluia

Ps. 84


Cantor

IV E 

A l-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.

Cantor

V. 1 **Complacu-** ísti ti-bi, Dómine, in *terra tu-* a, * con-


 vertí-sti capti-*vi-tá-tem* **Ia-**cob.

Omnes: Allelúia, allelúia, allelúia

- 2 *Osténde* nobis, Dómine, misericórdiam **tuam**, * et salu-
 táre tuum da **nobis**. *Omnes:* Allelúia, allelúia, allelúia.

Semper omittitur Glória Patri.

vel **Psalmus alleluiaicus E *****Ps. 84**

Cantor



Ps. 1 Complacu-ísti ti-bi, Dómine, in terra tu- a, *

Omnes



convertí-sti capti-vi-tá-tem Ia- cob. **R.** Alle-lú- ia,

Cantor



alle-lú-ia. **Ps. 2** Remi-sísti.


- 2 Remisisti iniquitatem plebis tuæ, * operuisti ómnia peccáta eórum. **R.** Allelúia.
- 3 Contraxisti omnem iram tuam, * revertisti a furóre indignatiónis tuæ. **R.** Allelúia.
- 4 Convérte nos, Deus, salutáris noster, * et avérte iram tuam a nobis. **R.** Allelúia.
- 5 Numquid in ætérnum irascéris nobis, * aut exténder iram tuam a generatióne in generatióne? **R.** Allelúia.
- 6 Nonne tu convérsus vivificábis nos, * et plebs tua lætábitur in te? **R.** Allelúia.
- 7 Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, * et salutáre tuum da nobis. **R.** Allelúia.

Semper omittitur Glória Patri.

Antiphona ad offertorium

Cantor

Omnes




Qui te expéctant, Dómine, * non confundéntur.

Psalmus 24

Cantor




Y. I *Ad te, Dómine, le-vávi ánimam me-* am, * De-



Omnes

us me-us, in te confído: non *e-rubé-* scam. *Ant.* Qui



te exspéctant.

Intonatio rursus fieri debet initio cuiusque versiculi.

2 *Reminiscere miseratiónum tuárum, Dómine, * et misericordiárum tuárum, quóniam a sæculo sunt.*

Ant. Qui te.

3 *Univérsæ viæ Dómini misericórdia et véritas * custodiéntibus testaméntum eius et testimónia eius.*

Ant. Qui te.

4 *Custódi ánimam meam, et érué me; * non erubéscam, quóniam sperávi in te. Ant.* Qui te.

5 *Líbera, Deus, Israel * ex ómnibus tribulatióibus suis.*

Ant. Qui te.

Antiphona ad communionem

Cantor

Omnes



VIII G

B

e-nigni-tátem * fe-cit Dóminus, et terra nostra




dedit fructum su-um.

Psalmus 84

Cantor



¶. 1 *Audi-* am quid loquátur Dóminus **De-us**, † quóni-




am loqué-tur pacem ad plebem su-am et sanctos



su- os, * et ad e-os qui convertúntur **cor-**de.

Omnes



Ant. Be-nigni-tá-tem.

Intonatio rursus fieri debet initio cuiusque versiculi.

- 2 *Verúmtamen* prope timéntes eum salutáre ipsíus, * ut inhábitet glória in *terra nostra*. **Ant.** Benignitátem.
- 3 *Misericórdia* et véritas obviavérunt **sibi**, * iustítia et pax *osculátæ* sunt. **Ant.** Benignitátem.
- 4 *Véritas* de terra **orta** est, * et iustítia de *cælo prospéxit*. **Ant.** Benignitátem.
- 5 *Iustítia* ante eum ambulábit, * et ponet in via *gressus suos*. **Ant.** Benignitátem.

Missa II

Antiphona ad introitum



R o-rá-te cæ-li dé-super, * et nubes plu-ant iustum:




ape-ri- á-tur terra, et gé-er-mi-net Salva-tó-rem.


Psalmus 18 A



¶. I Cæ-li enárrant gló-ri-am De- i, * et ó-pe-ra



mánu-um e-ius annúnti-at firmamén- tum. **Ant.** Ro-




rá-te. **Flexa:** in e- is, †

- 2 *Dies diéi erúctat verbum, * et nox nocti índicat scién-tiam. Ant.* Rorate.
- 3 *Non sunt loquélæ neque sermónes * quorum non intel-legántur voces. Ant.* Rorate.
- 4 *In omnem terram exívit sonus eórum, * et in fines or-bis terræ verba eórum. Ant.* Rorate.
- 5 *Soli pósuit tabernáculum in eis, † et ipse tamquam sponsus procédens de thálamó suo, * exsultávit ut gígas ad curréndam víam. Ant.* Rorate.
- 6 *A fínibus cælórum egréssio eius, † et occúrsus eius usque ad fines eórum, * nec est quod abscondátur a calóre eius. Ant.* Rorate.

Psalmus responsorius D I e


Ps. 121



¶. 1 Læ-tátus sum in e-o quod di-xérunt **mi-** hi: **R̃.** In



domum Dómi-ni læ-tántes í-bimus.



¶. 2 Stantes iam sunt pedes **no-** stri * in portis tu- is,




Ierú-sa-lem. **R̃.** In domum Dómi-ni.

- 3 Ierúsalem, quæ ædificáta est ut **cívitas** * sibi compácta *in idípsum*. **R̃.** In domum.
- 4 Illuc enim ascendérunt tribus, tribus **Dómini**, * testimónium Israel, ad confiténdum **nómini Dómini**. **R̃.** In domum.
- 5 Quia illic sedérunt sedes ad iudícium, * sedes *domus David*. **R̃.** In domum.
- 6 Rogáte quæ ad pacem sunt Ierúsalem, * secúri sint *diligéntes* te. **R̃.** In domum.
- 7 Fiat pax in muris **tuis**, * et secúritas in **túrribus tuis**. **R̃.** In domum.
- 8 Propter fratres meos et próximos **meos** * loquar: « Pax **in** te! » **R̃.** In domum.
- 9 Propter domum Dómini Dei **nostri** * exquíram *bona tibi*. **R̃.** In domum.

Alleluia


Ps. 79

II D




A l-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



¶. I Qui pascis Isra-el, **intén-**de, * qui dedú-cis vel-ut



o-*vem* Io-seph. **Omnes:** Allelúia.


- 2 *Deus* virtútum, **convértere**; * respice de cælo et vide, et vísita *víneam* istam. **Omnes:** Allelúia.

vel Psalmus alleluisticus C I

Ps. 79



¶. I Qui pascis Isra-el, **intén-**de, * qui dedú-cis vel-ut



o-*vem* Io- seph. **R.** Alle- lú-ia, alle-lú-ia.


- 2 *Víneam* de Ægýpto transtulísti, * eiecísti gentes, et plantásti eam. **R.** Allelúia.
- 3 *Deus* virtútum, **convértere**; * respice de cælo et vide, et vísita *víneam* istam. **R.** Allelúia.
- 4 Et prótege eam quam plantávit délixtera **tu**a, * et super fílium hóminis quem confirmásti **tibi**. **R.** Allelúia.
- 5 Incénsa est igni et suffóssa; * ab increpatióne vultus tui *períbunt*. **R.** Allelúia.
- 6 Fiat manus tua super virum délixteræ **tu**æ, * super fílium hóminis quem confirmásti **tibi**. **R.** Allelúia.

- 7 Et non discedémus a te, vivificábis nos, * et nomen tuum invocábimus. *R.* Allelúia.
- 8 Dómine Deus virtútum, convérte nos, * et illústra fáciem tuam, et salvi érimus. *R.* Allelúia.

Antiphona ad offertorium



A - ve, Ma-rí- a, * grá-ti- a plena: Dóminus te-




cum: bene-dícta tu in mu-li- é-ribus, alle- lú-ia.


Psalmus 24



Ps. I Ad te, Dómine, levá-vi ánimam me- am, * De-



us me- us, in te confído: non e-rubé- scam. *Ant.* A-




ve, Ma-rí- a.

- 2 *Secúndum* misericórdiam tuam meménto mei tu, * propter bonitátem tuam, Dómine. *Ant.* Ave.
- 3 Dulcis et rectus Dóminus, * propter hoc peccatóres viam docébit. *Ant.* Ave.
- 4 Diriget mansuétos in iudício, * docébit mites vias suas. *Ant.* Ave.


- 5 *Familiáriter aget Dóminus cum timéntibus eum, * ut testaméntum suum maniféset illis. Ant. Ave.*

Antiphona ad communionem

VI F 

B ene-di-xísti, * Dómi-ne, terram tu-am.


Psalmus 84




Y. I Audi- am quid loquá-tur Dóminus De- us, † quóni-



am loqué-tur pacem ad plebem su- am et sanctos



su- os, * et ad e- os qui convertúntur cor- de.



Ant. Benc-di-xísti.

- 2 *Verúmtamen prope timéntes eum salutáre ipsíus, * ut inhábitet glória in terra nostra. Ant. Benedixísti.*
- 3 *Misericórdia et véritas obviavérunt sibi, * iustítia et pax osculátæ sunt. Ant. Benedixísti.*
- 4 *Véritas de terra orta est, * et iustítia de cælo prospéxit. Ant. Benedixísti.*
- 5 *Etenim Dóminus dabit benignitátem, * et terra nostra dabit fructum suum. Ant. Benedixísti.*
- 6 *Iustítia ante eum ambulábit, * et ponet in via gressus suos. Ant. Benedixísti.*


TEMPUS NATIVITATIS

In Nativitate Domini


Sollemnitas

Antiphona ad introitum

II D
D óminus di-xit ad me: * Fí-li-us me-us es tu:




e-go hó-di-e gé-nu-i te.



Psalmus 2

¶. I Qua-re fremu-é-runt gen-tes, * et pópu-li me-di-tá-



ti sunt in-áni-a? Ant. Dóminus. Flexa: timóre, †



- 2 « *Ego* autem constítui regem **meum** * super Sion, montem sanctum **meum**! » Ant. Dóminus.
- 3 *Póstula* a me, et dabo tibi gentes hereditátem **tuam**, * et possessionem tuam términos **terræ**. Ant. Dóminus.
- 4 *Reges* eos in virga **férrea**, * et tamquam vas figuli confrínges eos. Ant. Dóminus.
- 5 *Et nunc*, reges, intelligite, * erudímini, qui iudicátis **terram**. Ant. Dóminus.
- 6 *Servíte* Dómino in timóre, † et exsultáte ei cum tremóre. * Beáti omnes, qui confidunt *in* eo. Ant. Dóminus.

Psalmus responsorius C 3 g


Ps. 109



Ψ. 1 Tecum principá-tus in di- e virtú-tis tu- æ * in



splendó-ribus **sanctis.** R̄. Ante lu-cí-fe-rum génu- i te.



Ψ. 2 Di-xit Dóminus Dómino me- o: * Sede a dextris



me- is. R̄. Ante. Ψ. 3 Virgam.¹ Ψ. 6 Melchí-sedech.

- 3 Virgam poténtiæ tuæ * emíttet Dóminus ex Sion. R̄. Ante.
- 4 Domináre in médio * inimicórum tuórum. R̄. Ante.
- 5 Iurávit Dóminus * et non pænitébit eum. R̄. Ante.
- 6 Tu es sacérdos in ætérnum * secúndum órđinem Melchisedech. R̄. Ante.
- 7 Dóminus a dextris tuis, * conquassábit in die iræ suæ reges. R̄. Ante.
- 8 De torrén-te in via bíbet, * proptérea exaltábit ca-put. R̄. Ante.

¹ Versiculi impares in primo tenore (fa) cantantur; pares autem in secundo (la).


Alleluia

Ps. 97




A l-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



Ps. I Cantá-te Dómino cánticum no-vum, * qui a mi-ra-



bí-li- a fe-cit. **Omnes:** Allelúia.

2 Notum fecit Dóminus salutáre suum, * in conspéctu géntium revelávit iustítiam suam. **Omnes:** Allelúia.

vel Psalmus alleluiaticus C₄

Ps. 97



Ps. I Cantá-te Dómino cánti-cum no-vum, * **R.** Alle-lú-ia



qui- a mi-rabí-li- a fe- cit. **R.** Alle- lú-ia.

2 Salvávit sibi délixtera eius, * **R.** Allelúia et bráccium sanctum eius. **R.** Allelúia.


3 Notum fecit Dóminus salutáre suum, * **R.** Allelúia in conspéctu géntium revelávit iustítiam suam. **R.** Allelúia.

- 4 Recordátus est misericórdiæ suæ * *R.* Allelúia
et veritátis suæ dómui Israel. *R.* Allelúia.
- 5 Vidérunt omnes términi terræ * *R.* Allelúia
salutáre Dei nostri. *R.* Allelúia.
- 6 Iubiláte Deo, omnis terra, * *R.* Allelúia
erúmpite, exsultáte et psállite. *R.* Allelúia.

Antiphona ad offertorium




L æ-téntur cæ-li * et exsúltet terra ante fáci-em




Dómi-ni, quó-ni-am ve-nit.

Psalmus 95



Ps. I Cantá-te Dómino cánti-cum no-vum, * cantá-te




Dómi-no, omnis ter-ra. *Ant.* Læ-téntur.

- 2 Cantáte Dómino, benedícite nómini eius, * annun-
tiáte de die in diem salutáre eius. *Ant.* Læténtur.
- 3 Annuntiáte inter gentes glóriam eius, * in ómnibus
pópulis mirabilia eius. *Ant.* Læténtur.
- 4 Tóllite hóstias et introíte in átria eius, * adoráte
Dóminum in splendóre sancto. *Ant.* Læténtur.
- 5 Iudicábit orbem terræ in iustítia * et pópulos in
veritáte sua. *Ant.* Læténtur.

Antiphona ad communionem



V idé-runt omnes * términi terræ sa-lu-táre De-i



nostri.

Psalmus 97



V. I Cantá-te Dómino cánticum no- vum, * qui a mi-



rabí-li- a fe- cit. Ant. Vidé-runt omnes.



Flexa: manu, †

- 2 Iubiláte Deo, omnis terra, * erúmpite, exsultáte et psállite. Ant. Vidérunt.
- 3 Psállite Dómino in cíthara, * in cíthara et voce psal- mi. Ant. Vidérunt.
- 4 In tubis ductílibus et voce tubæ córneæ, * iubiláte in conspéctu regis Dómini. Ant. Vidérunt.
- 5 Sonet mare et plenitúdo eius, * orbis terrárum et qui hábitant in eo. Ant. Vidérunt.

-
- 6 *Flúmina* plaudent **manu**, † simul montes exsultábunt a **conspéctu Dómini**, * quóniam venit iudicáre **terram**. **Ant.** Vidérunt.
- 7 *Iudicábit orbem terrárum* **in** **iustítia** * et pópulos **in æquitáte**. **Ant.** Vidérunt.

Dominica infra octavam Nativitatis Domini

S. Familiæ Iesu, Mariæ et Ioseph

Festum

Antiphona ad introitum

I g



I a-cob au-tem * génu- it Io-seph, vi-rum Ma-
rí- æ, de qua natus est Ie-sus, qui vocátur Christus.

Psalmus 127



Y. I Be- á-tus omnis qui ti- met Dóminum, * qui
ámbu-lat in vi- is e- ius. **Ant.** Iacob.


- 2 *Labóres mánuum tuárum manducábis, * beátus es, et bene tibi erit.* **Ant.** Iacob.
- 3 *Uxor tua sicut vitis fructífera * in latéribus domus tuæ.* **Ant.** Iacob.
- 4 *Filii tui sicut novellæ olivárum * in circúitu mensæ tuæ.* **Ant.** Iacob.
- 5 *Ecce sic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.* **Ant.** Iacob.
- 6 *Benedícat tibi Dóminus ex Sion, * et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.* **Ant.** Iacob.
- 7 *Et vídeas filios filiórurn tuórum. * Pax super Israel.* **Ant.** Iacob.

Psalmus responsorius D I b


Ps. 83



Y. I Quam di-lécta tabernácu-la tu-a, Dómine vir-



tú- tum. * Concupíscit et dé-fi-cit ánima me- a.



R. In átri- a Dómi-ni.

2 Cor meum et caro **mea** * exsultavérunt in Deum **vivum**. R. In átria.

3 Etenim passer invénit sibi **domum**, * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos **suos**. R. In átria.

4 Altária tua, Dómine virtútum, * rex meus et Deus **meus**. R. In átria.

5 Beáti qui hábitant in domo **tua**, * in perpétuum laudábunt te. R. In átria.

6 Dómine, Deus virtútum, exáudi oratióem **meam**; * áuribus pécipe, Deus **Iacob**. R. In átria.

7 Protéctor noster, áspice, **Deus**, * et réspice in fáciem christi **tui**. R. In átria.

8 Quia sol et scutum est Dóminus **Deus**, * grátiam et glóriam dabit **Dóminus**. R. In átria.

9 Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocén-tia. * Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat **in** te. R. In átria.


Alleluia

Ps. 26




A l-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.


Omnes repetunt: Alleluia, alleluia, alleluia.



Ps. 1. *Unum pé-ti-i a Dómino, hoc requí-* ram: * ut



inhábi-tem in domo Dómi-ni ómnibus di-é-bus vi-




tæ me- æ. Omnes: Allelúia.

2 *Ut vídeam voluptátem Dómini, * et vísitem templum eius. Omnes: Allelúia.*

vel Psalmus alleluisticus C 1

Ps. 26



Ps. 1. *Dóminus illuminá-ti-o me-a, et sa-lus me-* a, *



quem tímé- bo? R̄. Alle- lú-ia, alle-lú-ia.

- 2** *Dóminus protéctor vitæ meæ, * a quo trepidábo? R̄. Allelúia.*
- 3** *Unum pétii a Dómino, hoc requíram: * ut inhábi-tem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ. R̄. Allelúia.*
- 4** *Ut vídeam voluptátem Dómini, * et vísitem templum eius. R̄. Allelúia.*
- 5** *Quóniam occultábit me in tentório suo, * in die malórum abscondet me in abscondito tabernáculi sui. R̄. Allelúia.*

- 6 Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi, * miserére mei et exáudi me. *R.* Allelúia.
- 7 De te dixit cor meum: « Exquírite fáciem eius »; * fáciem tuam, Dómine, requíram. *R.* Allelúia.
- 8 Ne avértas fáciem tuam a me, * ne declínes in ira a servo tuo. *R.* Allelúia.
- 9 Adiútor meus es tu, ne me reícias, * neque dere- línguas me, Deus salútis meæ. *R.* Allelúia.
- 10 Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium. *R.* Allelúia.

Antiphona ad offertorium




E - rant * paréntes Ie-su mi-rántes super his




quæ di-cebán- tur de illo.

Psalmus 39



Y. I Exspéctans expectá-vi Dóminum, * et inténdit



mi- hi. *Ant.* E-rant.


- 2 Holocáustum et pro peccáto non postulásti, * tunc dixi: « Ecce vénio. *Ant.* Erant.
- 3 In volúmine libri scriptum est de me * fácere volun- tátem tuam. *Ant.* Erant.
- 4 Deus meus, vólui, * et lex tua in præcórdiis meis ». *Ant.* Erant.

- 5 *Exsultent et lætèntur in te omnes quæréntes te, * et dicant semper: « Magnificétur Dóminus » qui díligunt salutáre tuum. Ant. Erant.*

Antiphona ad communionem




M a-rí- a autem * conservábat ómni- a verba



hæc, cónfe-rens in corde su- o.


Psalmus 77



Y. I Atténdi-te, pópu-le me-us, doctrínam **me-** am; *



incliná-te aurem vestram in verba *o-ris me-* i.



Ant. Ma-rí- a. **Flexa:** e- a, †

- 2 *Apériam in parábolis os meum, * éloquar arcána ætátis antíquæ. Ant. María.*
- 3 *Quanta audívimus et cognóvimus ea, † et patres nostri narravérunt nobis, * non occultábimus a filiis eórum. Ant. María.*
- 4 *Generatióni álteri narrántes laudes Dómini et virtútes eius, * et mirabília eius quæ fecit. Ant. María.*

- 5 *Verímtamen mandávit núbibus dēsuper, * et iánuas cæli apéruit. Ant. María.*
- 6 *Et pluit illis manna ad manducándum, * et panem cæli dedit eis. Ant. María.*
- 7 *Panem angelórum manducávit homo, * cibária misit eis ad abundántiam. Ant. María.*
- 8 *Et manducavérunt et saturáti sunt nimis, * et desidérium eórum áttulit eis. Ant. María.*
- 9 *Páscere Iacob pópulum suum * et Israel hereditátem suam. Ant. María.*
- 10 *Et pavit eos in innocéntia cordis sui, * et in prudentia mánuum suárum dedúxit eos. Ant. María.*

Die 1 ianuarii

Sollemnitas Sanctæ Dei Genetricis Mariæ

Missa de Comuni B. Mariæ Virginis, p. 336.

6 ianuarii

In Epiphania Domini

Sollemnitas

Antiphona ad introitum




V e-ní-te, * adorémus e- um, qui-a ipse est




Dóminus De- us noster.

Psalmus 94



V. 1 Ve-ní-te, exsultémus Dómino; * iubi-lémus De-o




sa-lutá-ri no- stro. **Ant.** Ve-ní-te.

- 2 *Præoccupémus* fáciem eius in confessióne, * et in psalmis iubilémus ei. **Ant.** Veníte.
- 3 *Quóniam* Deus magnus Dóminus, * et rex magnus super omnes deos. **Ant.** Veníte.
- 4 *Quia* in manu eius sunt profúnda terræ, * et altitú-dines móntium ipsíus sunt. **Ant.** Veníte.
- 5 *Quóniam* ipsíus est mare, et ipse fecit illud, * et siccam manus eius formavérunt. **Ant.** Veníte.
- 6 Veníte, adorémus et procidámus, * et génua flectámus ante Dóminum qui fecit nos. **Ant.** Veníte.
- 7 *Et nos* pópulus páscuæ eius * et oves manus eius. **Ant.** Veníte.

Psalmus responsorius E 5


Ps. 71



¶. 1 Ado-rábunt e- um * omnes re-ges terræ. R̄. Om-



nes gentes sérv-i-ent e-i.



¶. 2 De-us, iudí-ci-um tu-um re-gi da, * et iustí-ti-am



tu-am fí-li-o re- gis. R̄. Omnes. ¶. 3 Iúdi-cet¹...



in iu-dí-ci-o.

- 3 Iúdicet pópulum tuum in iustítia, * et páuperes tuos in iudício. R̄. Omnes.
- 4 Afferant montes pacem pópulo, * et colles iustítiam. R̄. Omnes.
- 5 Iudicábit páuperes pópuli, ' et salvos fáciet fílios ínopis, * et humiliábit calumniatórem. R̄. Omnes.
- 6 Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent, * reges Arabum et Saba dona addúcent. R̄. Omnes.

¹ Versiculi impares in primo tenore (mi) cantantur; pares autem in secundo (la).

- 7 Quia liberábit ínopem clamántem, * et páuperem cui non erat *adiútor*. *R.* Omnes.
- 8 **P**arcet páuperi et ínopi, * et ánimas páuperum *salvas fáci*et. *R.* Omnes.
- 9 Sit nomen eius benedíctum in *sæcula*, * ante solem permanébit *nomen* eius. *R.* Omnes.
- 10 **E**t benedicéntur in ipso omnes tribus *terræ*, * omnes gentes *magnificábunt* eum. *R.* Omnes.


Alleluia

Ps. 28




A l-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.


Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



Ps. 1 Affér-te Dómino gló-ri-am et po-ténti-am, † affér-



te Dómino gló-ri-am **nó**mi-nis e-ius, * adorá-te Dó-



minum in splendó-re **san**cto. **Omnes:** Allelúia.

- 2 Dóminus virtútem pópulo suo **da**bit, * Dóminus benedícet pópulo suo *in pace*. **Omnes:** Allelúia.

vel Psalmus alleluiaticus C 4

Ps. 28



Ps. 1 Afférte Dómino, fí-li-i De-i, * *R.* Alle-lú-ia

Cantor Omnes

afférte Dómino gló-ri- am et *po-ténti-* am. *R.* Alle-
 lí-ia.

- 2 Afférte Dómino glóriam nóminis eius, * *R.* Allelúia adoráte Dóminum in splendóre **sancto**. *R.* Allelúia.
- 3 Vox Dómini super aquas, ' Deus maiestátis *intó-* nuit: * *R.* Allelúia
Dóminus super *aquas multas*. *R.* Allelúia.
- 4 Vox Dómini in *virtúte*, * *R.* Allelúia
vox Dómini in *magnificéntia*. *R.* Allelúia.
- 5 Vox Dómini *confringéntis cedros*; * *R.* Allelúia
et *confrínget Dóminus cedros Libani*. *R.* Allelúia.
- 6 Dóminus super *dilúvium hábitat*, * *R.* Allelúia
et *sedébit Dóminus rex in ætérnum*. *R.* Allelúia.
- 7 Dóminus *virtútem pópulo suo dabit*, * *R.* Allelúia
Dóminus *benedícet pópulo suo in pace*. *R.* Allelúia.

Antiphona ad offertorium

I a 2

Reges Tharsis * et ínsu-læ múne-ra óffe-rent
 re-gi Dómino.

Psalmus 71

Y. I Flo-ré-bit in di-é-bus e-ius * iustí-ti-a et



abundánti- a pa- cis. **Ant.** Reges Tharsis.




Flexa: Arábi- æ, †

- 2 *Et dominábitur a mari usque ad mare, * et a Flúmine usque ad términos orbis terrárum. Ant.* Reges Tharsis.
- 3 *Coram illo prócident incolæ desértil, * et inimíci eius terram lingent. Ant.* Reges Tharsis.
- 4 *Et vívet, et dábitur ei de auro Arábiæ, † et orábunt pro ipso semper; * tota die benedícant ei. Ant.* Reges Tharsis.
- 5 *Et erit ubértas fruménti in terra, * in summis montium fluctuábit. Ant.* Reges Tharsis.

Antiphona ad communionem



V í-dimus * stellam e-ius in O-ri-énte, et véni-



mus cum muné-ribus adorá-re Dóminum.


Psalmus 95



¶. I *Cantá-te Dómino cánti-cum no- vum, * cantáte Dó-*



mi-no, *omnis* terra. **Ant.** Ví-dimus.



Flexa: populórum, †

- 2 *Cantáte Dómino, benedicite nómini eius, * annuntiáte de die in diem salutáre eius. Ant. Vídimus.*
- 3 *Annuntiáte inter gentes glóriam eius, * in ómnibus pópulis mirabilia eius. Ant. Vídimus.*
- 4 *Quóniam magnus Dóminus et laudábilis nimis, * terribilis est super omnes deos. Ant. Vídimus.*
- 5 *Magnificéntia et pulchritúdo in conspéctu eius, * poténtia et decor in sanctuário eius. Ant. Vídimus.*
- 6 *Afférte Dómino, famíliæ populórum, † afférte Dómino glóriam et poténtiam, * afférte Dómino glóriam nóminis eius! Ant. Vídimus.*
- 7 *Tóllite hóstias et introíte in átria eius, * adoráte Dóminum in splendóre sancto. Ant. Vídimus.*
- 8 *Contremísците a fácie eius, univérса terra, * dícite in géntibus: « Dóminus regnávit ». Ant. Vídimus.*
- 9 *Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum † a fácie Dómini, quia venit, * quóniam venit iudicáre terram. Ant. Vídimus.*
- 10 *Iudicábit orbem terræ in iustítia * et pópulos in veritáte sua. Ant. Vídimus.*

Dominica post diem 6 ianuarii occurrente

In Baptismate Domini

Ut supra, in Epiphania Domini, p. 76, præter:

Antiphona ad introitum Spíritus Dómini, p. 395,
cum psalmo 18.

Antiphona ad offertorium Ecce dedi te, p. 254.

Antiphona ad communionem Dilexísti iustítiam, p. 128.


A festo Baptismatis Domini, usque ad Quadragesimam decurrit tempus per annum. In Missis de dominica adhibentur cantus infra propositi, pp. 215 et seq.

TEMPUS QUADRAGESIMÆ

Feria IV cinerum


Ad ritus initiales et liturgiam verbi

Antiphona ad introitum


VIII G 

M i-se-ré-re me- i, De- us, mi-se-ré-re me- i.

Psalmus 56



Y. I Et in umbra a-lá-rum tu-á-rum confúgi- am, *



donec tránse- ant insí-di- æ. **Ant.** Mi-se-ré-re.




Flexa: liberá-bit me; †

- 2 Clamábo ad Deum altíssimum, * Deum qui benefécit **mih**i. **Ant.** Miserére.
- 3 Mittet de cælo, et liberábit me; † dabit in oppróbrium conculcántes me. * Mittet Deus misericórdiam suam et veritátem **suam**. **Ant.** Miserére.
- 4 Exaltáre super cælos, **Deus**, * super omnem terram glória **tua**. **Ant.** Miserére.
- 5 Parátum cor meum, **Deus**, † parátum cor **meum**; * cantábo et *psalmum* **dicam**. **Ant.** Miserére.

- 6 *Exsúrge*, glória mea, † *exsúrge*, psaltérium et cíthara, * *excitábo auróram*. *Ant.* Miserére.
- 7 *Confitébor* tibi in pópulis, **Dómine**, * et psalmum dicam tibi in *natió*nibus. *Ant.* Miserére.
- 8 *Quóniam* magnificáta est usque ad cælos misericórdia **tua**, * et usque ad nubes *véritas tua*. *Ant.* Miserére.
- 9 *Exaltáre* super cælos, **Deus**, * super omnem terram glória **tua**. *Ant.* Miserére.

vel ad libitum



A dve-nérunt nobis * di-es pæni-ténti-æ, ad



re-diménda peccá-ta, ad salvándas á-nimas.

cum psalmo 68 Salvum me fac, Deus, p. 213.

Cantus inter lectiones hoc modo ordinari possunt:

Quando fiunt duæ lectiones ante evangelium, cantus sic ordinantur: post primam lectionem, cantatur psalmus responsorius; post alteram, vel psalmus responsorius alter, vel Tractus, vel antiphona acclamationis.


Quoties una tantum fit lectio ante evangelium, sumitur unus tantum ex his cantibus ad libitum eligendus.

Psalmus responsorius I C 2 g


Ps. 50



Y. I Mi-se-ré-re me-i, **De-** us, * secúndum mi-se-ri-



córdi- am **tu-** am. **R.** Mi-se-ré-re me-i, De-us.




℣. 3... a peccá-to me-o **munda** me.


- 2 Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum * dele iniquitátem **meam**. *R*. Miserére.
- 3 Amplius lava me ab iniquitáte **mea**, * et a peccáto meo **munda** me. *R*. Miserére.
- 4 Quóniam iniquitátem meam ego **cognó**scó, * et peccátum meum contra me est **semper**. *R*. Miserére.
- 5 Aspérget me hyssópo, et mundábor; * lavábis me, et super nivem dealbábor. *R*. Miserére.
- 6 Audíre me fácies gáudium et lætítiam, * et exultábunt ossa quæ humiliásti. *R*. Miserére.
- 7 Avérte faciém tuam a peccáti**s meis**, * et omnes iniquitátes meas **dele**. *R*. Miserére.
- 8 Cor mundum crea in me, **Deus**, * et spíritum firmum innova in viscéribus **meis**. *R*. Miserére.
- 9 Ne prócias me a fácie **tua**, * et spíritum sanctum tuum ne áuferas **a** me. *R*. Miserére.
- 10 Redde mihi lætítiam salutáris **tui**, * et spíritu promp-tíssimo **confirma** me. *R*. Miserére.

Psalmus responsorius II E I

Ps. 78




℣. 1 Adiuva nos, De-us sa-lu-tá-ris **no-**stri, * propter



gló-ri-am nó-mi-nis tu-i, et lí-be-ra nos.



R. Pro-pí-ti-us e-sto peccá-tis nostris. ℣. 2... in circú-




i- tu nostro sunt.


- 2 Facti sumus oppróbrium vicinis **nostris**, * subsannatio et illúsió his qui in circúitu **nostro** sunt. *R.* Propítius.
- 3 Usquequo, Dómine? Irascéris in **finem**? * Accendétur velut ignis **zelus tuus**? *R.* Propítius.
- 4 Ne memíneris iniquitátum patrum nostrórum, ' cito anticipent nos misericórdiæ **tuæ**, * quia páuperes facti **sumus nimis**. *R.* Propítius.
- 5 Quare dicent in géntibus: « Ubi est Deus eórum? » ' Innotéscat in natióibus coram óculis **nostris** * últio sánguinis servórum tuórum qui *effúsus* est. *R.* Propítius.
- 6 Intróeat in conspéctu tuo gémitus compeditórum; ' secúndum magnitúdinem bráccii **tui** * supérstites relínque **filios mortis**. *R.* Propítius.
- 7 Nos autem pópulus tuus et oves páscuæ **tuæ**, * confitébimur tibi *in sæculum*. *R.* Propítius.
- 8 In generatióem et generatióem * annuntiábimus *laudem tuam*. *R.* Propítius.

vel Tractus


Ps. 78



Ps. 1 Adiuva nos, De- us sa-lu-tá-ris **nostris**, * propter gló-



ri- am nómi-nis tu- i, et líbe-ra nos.



Ps. 2 Facti sumus. *Flexa:* Dómine? †

- 2 Facti sumus oppróbrium vicinis **nostris**, * subsannatio et illúsió his qui in circúitu **nostro** sunt.

- 3 Usquequo, **Dómine?** † *Irascéris in finem?* * Accendétur velut ignis zelus **tuus?**
- 4 Ne memínaris iniquitátum patrum nostrórum, † cito antícipent nos misericórdiæ **tuæ,** * quia páuperes facti sumus **nimis.**
- 5 Nos autem pópulus tuus et oves páscuæ **tuæ,** * confitébimur tibi in **sæculum.**

Ad benedictionem et impositionem cinerum


Cum celebrans inceperit imponere cineres, statim cantatur:

Antiphona

IVE 

De-le, **Dómine,** * i-niqui- tá-tem me- am.

Psalmus 50



Ps. 1 *Mi-se-ré-re me-i,* **De-** us, * secúndum mi-se-ri-
córdi- am **tu-** am. **Ant.** De-le. **Ps. 3...** a peccá-to me-
o **munda** me.

- 2 *Et secúndum multitudínem miseratiónum tuárum* * dele iniquitátem **meam.** **Ant.** Dele.
- 3 *Amplius lava me ab iniquitáte mea,* * et a peccáto meo **munda** me. **Ant.** Dele.

- 4 *Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó, * et peccátum meum contra me est semper. Ant. Dele.*
- 5 *Tibi, tibi soli peccávi, * et malum coram te feci. Ant. Dele.*
- 6 *Ut iustus inveniáris in senténtia tua * et æquus in iudicio tuo. Ant. Dele.*
- 7 *Ecce enim in iniquitáte generátus sum, * et in peccáto concépit me mater mea. Ant. Dele.*
- 8 *Ecce enim veritátem in corde dilexísti, * et in occulto sapiéntiam manifestásti mihi. Ant. Dele.*
- 9 *Aspérges me hyssópo, et mundábor; * lavábis me, et super nivem dealbábor. Ant. Dele.*
- 10 *Audíre me fácies gáudium et lætítiam, * et exsultábunt ossa quæ humiliásti. Ant. Dele.*
- 11 *Avérte faciém tuam a peccátiis meis, * et omnes iniquitátes meas dele. Ant. Dele.*
- 12 *Cor mundum crea in me, Deus, * et spíritum firmum innova in viscéribus meis. Ant. Dele.*
- 13 *Ne proicias me a faciē tua, * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me. Ant. Dele.*
- 14 *Redde mihi lætítiam salutáris tui, * et spíritu promptíssimo confírma me. Ant. Dele.*
- 15 *Docébo iníquos vias tuas, * et impíi ad te convertén-tur. Ant. Dele.*
- 16 *Libera me de sanguínibus, Deus, Deus salutis meæ, * et exsultábit lingua mea iustítiam tuam. Ant. Dele.*
- 17 *Dómine, lábia mea apéries, * et os meum annuntiábit laudem tuam. Ant. Dele.*
- 18 *Non enim sacrificio delectáris, * holocáustum, si ófferam, non placébit. Ant. Dele.*
- 19 *Sacríficium Deo spíritus contribulátus, * cor contrítum et humiliátum, Deus, non despícies. Ant. Dele.*
- 20 *Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificéntur muri Ierúsalem. Ant. Dele.*
- 21 *Tunc acceptábis sacrificium iustítie, oblatiónes et holocáusta; * tunc impónent super altáre tuum ví-tulos. Ant. Dele.*

Ad liturgiam eucharisticam

Antiphona ad offertorium



Factus est * adiutor me- us De- us me- us.

Psalmus 29



Ψ. I Exaltábo te, Dómine, quóni- am ex- traxísti me, *



nec de-lectásti i-nimícos me- os super me. **Ant.** Fac-



tus est.


2 Dómine Deus meus, clamávi ad te, * et sanásti me.

Ant. Factus est.

3 Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam? **Ant.** Factus est.

4 Audi, Dómine, et miserére mei, * Dómine, esto mihi adiutor. **Ant.** Factus est.

Antiphona ad communionem




Da no-bis, Dómi-ne, * auxí- li- um de tribu-la-




ti- óne.

Psalmus 59



Y. I De- us, reppu- lísti nos, destruxísti nos; * i- rá- tus



es: convérte- re ad nos. Ant. Da nobis.

- 2 Concussísti terram, confregísti eam, * sana contri-
tiónes eius, quia commóta est. Ant. Da nobis.
- 3 Ostendísti pópulo tuo dura, * potásti nos vino verti-
ginis. Ant. Da nobis.
- 4 Dedísti metuéntibus te signum, * ut fúgiant a fácie
arcus. Ant. Da nobis.
- 5 Ut liberéntur dilécti tui, * salvos fac délixtera tua
et exáudi nos. Ant. Da nobis.
- 6 Da nobis auxiliúm de tribulatióne, * quia vana sa-
lus hóminis. Ant. Da nobis.
- 7 In Deo faciémus virtútem, * et ipse conculcábit tri-
bulántes nos. Ant. Da nobis.

Hi cantus resumí possunt in omnibus feriis temporis
Quadragesimæ.


DOMINICA I

Antiphona ad introitum

VII a


T

unc invocá-bis * et Dóminus exáudi-et, cla-




mábis et di-cet: Ecce adsum.


Psalmus 90



V. I Qui há-bi-tat in pro-lecti-óne Altíssimi, * sub



umbra Omnipoténtis commorá-bi-tur. Ant. Tunc



invocá-bis. Flexa: Dómino: †

- 2 *Dicet Dómino: † « Refúgium meum et fortitúdo mea, * Deus meus, sperábo in eum ». Ant. Tunc.*
- 3 *Alis suis obumbrábit tibi, * et sub pennas eius confúgies. Ant. Tunc.*
- 4 *Scutum et lorica véritas eius; * non timébis a timóre noctúrno. Ant. Tunc.*
- 5 *Quodsi óculis tuis consideráveris, * retributióne peccatórum vidébis. Ant. Tunc.*
- 6 *Quóniam tu es, Dómine, refúgium meum. * Altíssimum posuisti habitáculum tuum. Ant. Tunc.*
- 7 *Non accédet ad te malum, * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo. Ant. Tunc.*


- 8 *Quóniam* ángelis suis mandábit **de** te, * ut custódiant te in ómnibus **viis tuis**. *Ant.* Tunc.
- 9 *In má-nibus* portábunt te, * ne forte offéndas ad lápidem **pedem tuum**. *Ant.* Tunc.
- 10 *Super* áspidem et basilíscum **ambulábis**, * et conculcábis leónem et dracónem. *Ant.* Tunc.

Psalmus responsorius I E 5


Ps. 90



Ps. 1 Scápu-lis su- is * obumbrábit ti-bi. *R.* Sub pen-




nis e- ius sperábis.



Ps. 2 Non accédet ad te ma- lum, * et flagéllum non



appropinquá-bit tabernácu- lo tu- o. *R.* Sub pennas



e-ius spe-rábis. *Ps.* 3 Quó-ni- am.¹ *Ps.* 4 In má-nibus.

- 3 *Quóniam* ángelis suis mandábit **de** te, * ut custódiant te in ómnibus **viis tuis**. *R.* Sub pennas.


¹ Versiculi impares in primo tenore (mi) cantantur; pares autem in secundo (la).

- 4 In **mánibus** portábunt te, * ne forte offéndas ad lápidem **pedem tuum**. **R̃.** Sub pennas.
- 5 Super áspidem et basilíscum ambulábis, * et conculcábis leónem et **dracónem**. **R̃.** Sub pennas.
- 6 **Quóniam** mihi adhésit, liberábo eum; * suscípíam eum, quóniam cognóvit nomen **meum**. **R̃.** Sub pennas.
- 7 Clamábit ad me, et ego exáudíam eum; * cum ipso sum in tribulatióne, * erípíam eum et glorificábo eum. **R̃.** Sub pennas.
- 8 **Longitúdine** diérum replébo eum, * et osténdam illi salutáre **meum**. **R̃.** Sub pennas.

Vel ad libitum psalmus responsorius Lætátus sum, ut in Missa II temporis Adventus, p. 60.

Psalmus responsorius II D I g

Ps. 40



Y. I Ego di-xi: Dómine, mi-se-ré-re **me-** i; * sana



ánimam **me-** am. **R̃.** Qui-a peccá-vi ti-bi.

- 2 Inimíci mei dixérunt mala **míhi**: * « Quando moriétur, et períbit nomen eius? » **R̃.** Quia.
- 3 Et si ingrediebátur, ut visitáret, vana loquebátur; * cor eius congregábat iniquitátem **sibi**, * egrediebátur foras et detrahébat. **R̃.** Quia.
- 4 Simul advérsus me susurrábant omnes inimíci **mei**; * advérsus me cogitábant mala **míhi**: **R̃.** Quia.
- 5 « Malefícium effúsum est in eo; * et qui decúmbit non adíciet ut **resúrgat** ». **R̃.** Quia.
- 6 Sed et homo pacis meæ, in quo sperávi, * qui edébat panem meum, levávit contra me calcáneum. **R̃.** Quia.


Antiphona acclamationis



Vobis da-tum est * nosse mysté-ri-um regni



De- i, cé-te-ris autem in pa-rábo-lis, di-xit Iesus



discí-pu-lis su- is. E u o u a e.

Canitur deinde unus saltem versiculus e psalmo re-
sponsorio præcedenti, qui non est adhibitus.

vel Tractus


Ps. 40



Y. 1 Ego di-xi: «Dómine, mi-seré-re me- i; * sana á-



nimam me- am, qui- a peccávi ti-bi». **Y. 2** In-imí-ci




me- i. **Flexa:** loquebátur; †


2 Inimíci mei dixerunt mala mihi: * « Quando moriétur, et períbit nomen eius? »

- 3 Et si ingrediebátur, ut visitáret, vana loquebátur; † cor eius congregábat iniquitátem **sibi**, * egrediebátur foras et **detráhébat**.
- 4 Simul advérsus me susurrábant omnes inimíci **mei**; * advérsus me cogitábant **mala mihi**.
- 5 Me autem propter innocéntiam **suscepísti**, * et statuísti me in conspéctu tuo **in ætérnum**.

Antiphona ad offertorium


I f 

Cum fa-cis eleemó-synam, * nésci-at si-nístra




tu-a quid fá-ci-at déxte-ra tu-a.

Psalmus 50



V. I *Mi-se-ré-re me-* i, **De** us, * secúndum mi-se-




ri-córdi- *am tu-* *am.* **Ant.** Cum fa-cis.

- 2 *Et secúndum multitudinem miseratiónum tuárum* * dele iniquitátem **meam.** **Ant.** Cum facis.
- 3 *Amplius lava me ab iniquitáte mea,* * et a peccáto **meo munda me.** **Ant.** Cum facis.
- 4 *Quóniam iniquitátem meam ego cognóscó,* * et peccátum meum contra *me est* **semper.** **Ant.** Cum facis.


Antiphona ad communionem



VIII c



I n-téllege * clamó-rem me-um, Dómine.

Psalmus 5



Y. I Verba me- a áuribus pércipe, Dómine; * intél-

 lege gémi-tum me- um. **Ant.** Intéllege.


Flexa: Dómine, †

- 2 *Inténde voci clamóris mei, * rex meus et Deus meus.*
Ant. Intéllege.
- 3 *Quóniam ad te orábo, Dómine, † mane exáudies vocem meam; * mane astábo tibi, et expectábo.*
Ant. Intéllege.
- 4 *Quóniam non Deus volens iniquitátem tu es; † neque habitábit iuxta te malignus, * neque permanébunt iniústi ante óculos tuos.* **Ant.** Intéllege.
- 5 *Odísti omnes qui operántur iniquitátem, † perdes omnes qui loquúntur mendácium; * virum sánguinum et dolósum abominábitur Dóminus.* **Ant.** Intéllege.
- 6 *Ego autem in multitudíne misericórdiæ tuæ † introíbo in domum tuam; * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.* **Ant.** Intéllege.
- 7 *Dómine, deduc me in iustítia tua propter inimícos meos, * dírige in conspéctu meo viam tuam.*
Ant. Intéllege.


- 8 *Et omnes qui sperant in te læténtur, * in ætérnum exsúltent. Ant. Intéllege.*
- 9 *Obumbrábis eis, et gloriabúntur in te * qui díligunt nomen tuum. Ant. Intéllege.*
- 10 *Quóniam tu benedíces iusto, Dómine; * quasi scuto, bona voluntáte coronábis eum. Ant. Intéllege.*

DOMINICA II

Missa ut in festo Transfigurationis Domini, p. 288.
 Post lectionem II dicitur psalmus responsorius II de
 Missa pro dominica III, p. 98, vel ant. acclamationis,
 p. 99.


DOMINICA III

Antiphona ad introitum

IV E* 

O -cu-li me- i * semper ad Dóminum.

Psalmus 24



Ps. I *Ad te, Dómine, levá-vi á-nimam me- am, * De-*



us me- us, in te confído, non e- rubé- scam. Ant. O-




cu- li. Flexa: doce me, †


- 2 *Dírige* me in veritáte tua et **doce** me, † quia tu es Deus *salútis meæ*, * et te sustínui *tota die*. **Ant.** Oculi.
- 3 *Reminíscere* miseratiónum tuárum, **Dómine**, * et misericordiárum tuárum, quóniam *a seculo* sunt. **Ant.** Oculi.
- 4 *Peccáta* iuventútis meæ et delícta mea ne **memíneris**; † secúndum misericórdiam tuam **meménto mei** tu, * propter bonitátem tuam, **Dómine**. **Ant.** Oculi.
- 5 *Propter* nomen tuum, **Dómine**, propitiáberis peccáto **meo**; * *multum est enim*. **Ant.** Oculi.
- 6 *Réspice* in me, et miserère **mei**, * quia únicus et *pauper sum* ego. **Ant.** Oculi.
- 7 *Diláta* angústias *cordis mei*, * et de necessitátibus *meis éru*e me. **Ant.** Oculi.
- 8 *Vide* humilitátem meam et *labórem meum*, * et dímítte univérsa *delicta mea*. **Ant.** Oculi.
- 9 *Custódi* ánimam meam, et *éru*e me; * non erubéscam, quóniam *sperávi in te*. **Ant.** Oculi.

Psalmus responsorius I D I b


Ps. 37




¶. 1 Fe-stí-na in adiu-tó-ri-um me- um. R̄. Dómine



De-us sa-lú-tis me-æ.



¶. 2 Dómine, ne in furó-re tu-o árgu-as me, * ne-



que in i-ra tu-a corrí-pi-as me. R̄. Dómine De-us.


- 3 Quóniam sagittæ tuæ infixæ sunt **mihi**, * et descendit super me manus **tua**. *R.* Dómine.
- 4 Non est sánitas in carne mea a fácie indignatiónis **tuæ**, * non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum. *R.* Dómine.
- 5 Quóniam iniquitátes meæ supergræssæ sunt caput **meum**, * et sicut onus grave gravant me **nimis**. *R.* Dómine.
- 6 Inclínátus sum et incurvátus **nimis**; * tota die contristátus ingrediébar. *R.* Dómine.
- 7 Quóniam lumbi mei impléti sunt ardóribus, * et non est sánitas in carne **mea**. *R.* Dómine.
- 8 Afflíctus sum et humiliátus **nimis**, * rugiébam a gémitu cordis **mei**. *R.* Dómine.
- 9 Dómine, ante te omne desidérium **meum**, * et gémitus meus a te non est absconditus. *R.* Dómine.
- 10 Palpitávit cor meum, derelíquit me virtus **mea**, * et lumen oculórum meórum, et ipsum non est **meum**. *R.* Dómine.

Psalmus responsorius II D I g

Ps. 122



V. 1 Mi-se-ré-re nostri, Dómine. *R.* Mi-se-ré-re nostri.



V. 2 Ad te levá-vi ócu-los **me-** os, * qui há-bi-tas



in **cæ-** lis. *R.* Mi-se-ré-re nostri.

- 3 Ecce sicut óculi servórum ad manus dominórum suórum, * sicut óculi ancillæ ad manus dómínæ suæ. *R.* Miserére.
- 4 Ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, * donec misereátur nostri. *R.* Miserére.
- 5 Miserére nostri, Dómine, miserére nostri, * quia multum repléti sumus despectióne. *R.* Miserére.
- 6 Quia multum repléta est ánima nostra * derisióne abundantium et despectióne superbórum. *R.* Miserére.
- Ad libitum:* Miserére nostri, Dómine. *R.* Miserére.

Antiphona acclamationis

V a

N on in so- lo pane * vi- vit homo, sed in
omni verbo, quod procé-dit de o-re De- i.
E u o u a e.

Canitur deinde unus saltem versiculus e psalmo re- sponsorio præcedenti, qui non est adhibitus.

vel **Tractus**

Ps. 124

I a


Y. 1 Qui confidunt in Dómino, sic-ut mons Si- on: *
non commové-bi-tur, in æ-térnum ma- net. **Y. 2** Ierú-



sa-lem. **Flexa**: e-ius: †

- 2 Ierúsalem, montes in circúitu eius: † et Dóminus in circúitu **pópuli sui**, * ex hoc nunc et usque in **sæ-culum**.
- 3 Quia non requiêscet virga iniquitátis super **sortem iustórum**, * ut non exténdant iusti ad iniquitátem **manus suas**.
- 4 **Bénéfac, Dómine, bonis**, * et **rectis corde**.
- 5 Declinántes autem per vias **pravas** † addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem. * Pax **super Israel**.

Antiphona ad offertorium




Frange * e-su-ri-én-ti panem tu-um, et e-génos




vagósque induc in domum tu-am.


Psalmus 50



V. I *Mi-se-ré-re me-i*, De-us, * secúndum mi-se-ri-



córdi-am tu-am. **Ant.** Frange e-su-ri-én-ti.



¶ 5... spí-ri-tu promptíssimo *confirma* me.

- 2 *Avérte fáciem tuam a peccátis meis*, * et omnes iniquitátes *meas dele*. *Ant.* Frange.
- 3 *Cor mundum crea in me*, **Deus**, * et spíritum firmum innova in *viscéribus meis*. *Ant.* Frange.
- 4 *Ne prócias me a fácie tua*, * et spíritum sanctum tuum ne *áuferas a* me. *Ant.* Frange.
- 5 *Redde mihi lætítiam salutáris tui*, * et spíritu promptíssimo *confirma* me. *Ant.* Frange.

Antiphona ad communionem



I l-luminá-ti- o me- a, * et salus me- a Dóminus.

Psalmus 26



¶ 1 Dóminus pro-téctor vi-tæ me- æ, * a quo tre-pi-



dá- bo? *Ant.* Illuminá-ti- o.

- 2 *Dum apprópíant super me nocéntes*, * ut edant *carnes meas*. *Ant.* Illuminátio.
- 3 *Qui tríbulant me inimíci mei*, * ipsi infirmáti sunt et *cecidérunt*. *Ant.* Illuminátio.
- 4 *Si consístant advérsus me castra*, * non timébit *cor meum*. *Ant.* Illuminátio.

- 5 *Si exsúrgat advérsus me p̄celium, * in hoc ego sperábo. Ant. Illuminátio.*
- 6 *Unum pétii a Dómino, hoc requíram: * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ. Ant. Illuminátio.*
- 7 *Ut vídeam voluptátem Dómini, * et vísitem templum eius. Ant. Illuminátio.*
- 8 *Quóniam occultábit me in tentório suo, in die malórum. * Abscóndet me in abscondito tabernáculi sui. Ant. Illuminátio.*
- 9 *Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium. Ant. Illuminátio.*
- 10 *Exspécta Dóminum, viríliter age, * et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum. Ant. Illuminátio.*

DOMINICA IV

Antiphona ad introitum

VIIc

I




n tribu-la-ti-óne * invo-cá-vi Dómi-num, et ex-



audí-vit me in la-ti-túdi-ne.

Psalmus 117



Y. I *Con-fi-témi-ni Dómino, quóni-am bo-nus, * quó-*



ni-am in sácu-lum mi-se-ricórdi-a e-ius. Ant. In




tribu-la-ti-óne. **Flexa:** sic-ut apes, †


- 2 *Dicant* nunc qui **timent** **Dóminum**, * quóniam in **sáeculum** misericórdia eius. **Ant.** In tribulatióne.
- 3 **Dóminus** mecum adiútor **meus**, * et ego despíciam inimícos **meos**. **Ant.** In tribulatióne.
- 4 **Bonum** est confúgere ad **Dóminum**, * quam confíde-re in **hómine**. **Ant.** In tribulatióne.
- 5 **Bonum** est confúgere ad **Dóminum**, * quam confídere **in** princípibus. **Ant.** In tribulatióne.
- 6 **Omnes** gentes circuiérunt me, * et in nómine **Dómini** excídi eos. **Ant.** In tribulatióne.
- 7 **Circumdántes** circumdedérunt me, * et in nómine **Dómini** excídi eos. **Ant.** In tribulatióne.
- 8 **Circumdedérunt** me sicut apes, † et exarsérunt sicut **ignis** in **spinis**, * et in nómine **Dómini** excídi eos. **Ant.** In tribulatióne.
- 9 **Fortitúdo** mea et laus **mea** **Dóminus**, * et factus est mihi **in** **salútem**. **Ant.** In tribulatióne.
- 10 **Non móriar**, sed **vivam**, * et narrábo ópera **Dómini**. **Ant.** In tribulatióne.

Psalmus responsorius I E 4


Ps. 9




Ps. 1 Factus est **Dóminus** re-fú-gi-um **páupe-ri**. **R.** Ad-



iú-tor in tribu-la-ti-ó-nibus.



Y. 2 Confi-tébor ti-bi, Dómine, in toto corde me- o; *




narrábo ómni- a mi-ra-bí-li- a tu- a. R̄. Adiú-tor.


- 3 Lætábor et exsultábo in te, * psallam nómini tuo, Altíssime. R̄. Adiútor.
- 4 Cum convertúntur inimíci mei retrórsum, * infirmántur et péreunt a fácie tua. R̄. Adiútor.
- 5 Dóminus autem in ætérnum sedébit, * parávit in iudícium thronum suum. R̄. Adiútor.
- 6 Et ipse iudicábit orbem terræ in iustítia, * iudicábit pópulos in æquitáte. R̄. Adiútor.
- 7 Et sperent in te qui novérunt nomen tuum, * quóniam non dereliquísti quæréntes te, Dómine. R̄. Adiútor.
- 8 Psállite Dómino, qui hábitat in Sion; * annuntiáte inter gentes stúdia eius. R̄. Adiútor.
- 9 Miserére mei, Dómine; * vide afflictiónem meam de inimícis meis. R̄. Adiútor.
- 10 Quóniam non in finem oblívio erit páuperis; * exspectátio páuperum non períbit in ætérnum. R̄. Adiútor.
- 11 Oculi eius in páuperem respíciunt: * insidiátur in abscóndito, quasi leo in spelúnca sua. R̄. Adiútor.

Psalmus responsorius II C 2 g


Ps. 129




Y. 1 De pro-fúndis clamá-vi ad te, Dómine. R̄. Dó-



mine, exáudi vocem me-am.



Y. 2 Fi-ant aures tu-æ intendén-tes * in vocem de-




pre-ca-ti-ó-nis me-æ. R̃. Dómi-ne.

- 3 Si iniquitátes observáveris, **Dómine**, * **Dómine**, quis sustinébit? R̃. **Dómine**.
- 4 Quia apud te propitiátio est, * et timébimus te. R̃. **Dómine**.
- 5 Sustínui te, **Dómine**; ' sustínuit ánima mea in verbo eius, * sperávit ánima mea in **Dómino**. R̃. **Dómine**.
- 6 Magis quam custódes auróram, * speret Israel in **Dómino**. R̃. **Dómine**.
- 7 Quia apud **Dóminum** misericórdia, * et copiósá apud eum redéemptio. R̃. **Dómine**.
- 8 Et ipse rédimet **Israel** * ex ómnibus iniquitátibus eius. R̃. **Dómine**.


Antiphona acclamationis



Qui verbum De-i ré-tinent * corde perfécto et



ópti-mo, fructum áffe-runt in pa-ti-énti-a.




E u o u a e.


Canitur deinde unus saltem versiculus e psalmo re-
sponsorio præcedenti, qui non est adhibitus.

vel **Tractus**


Ps. 129



¶. 1 De pro-fúndis clamávi ad te, Dómi-ne; * Dó-




mine, exaú-di *vo-cem* me- am. ¶. 2 Fi- ant aures.



Flexa: Dómine; †

- 2 Fiant aures tuæ **intendéntes** * in vocem depreca-
tiónis **meæ**.
- 3 Si iniquitátes observáveris, **Dómine**, * Dómine, quis
sustinébit?
- 4 Quia apud te propitiátio est, * et **timébimus** te.
- 5 Sustínui te, **Dómine**; † sustínuit ánima mea in **verbo**
eius, * sperávit ánima mea *in Dómino*.

Antiphona ad offertorium




B onum est * confi-té-ri Dómino De-o nostro.

Psalmus 91




Ps. I Annunti-á-re mane mi-se-ricórdi-am tu-am, *



et ve-ri-tá-tem tu-am per noctem. **Ant.** Bonum est.

- 2 Quia delectásti me, Dómine, in factúra tua, * et in opéribus mánuum tuárum exsultábo. **Ant.** Bonum est.
- 3 Quam magnificáta sunt ópera tua, Dómine: * nimis profundæ factæ sunt cogitatiónes tuæ. **Ant.** Bonum est.
- 4 Iustus ut palma florébit, * sicut cedrus Líbani succrésctet. **Ant.** Bonum est.

Antiphona ad communionem



Intro-í-bo * ad altáre De-i: ad De-um qui




læ-tí-fi-cat iuventú-tem me-am.

Psalmus 42



Ps. I Iúdi-ca me, De-us, † et discérne causam me-am de



gente non sancta; * ab hómi-ne in-íquo et do-ló-so



é-ru-e me. **Ant.** Intro-í-bo.

- 2 *Quia* tu es Deus refúgii **mei**; † quare me *reppulisti*,
* et quare tristis incédo, dum affligit *me inimicus*?
Ant. Introíbo.
- 3 *Emitte* lucem tuam et *veritátem tuam*; * ipsa me
dedúcant et addúcant in montem sanctum tuum et
in *tabernácula tua*. **Ant.** Introíbo.
- 4 *Confitébor* tibi in cíthara, Deus, *Deus meus*: * quare
tristis es, ánima mea, et quare *conturbáris in me*?
Ant. Introíbo.
- 5 *Spera* in Deo, quóniam adhuc *confitébor illi*, * salu-
táre vultus mei *et Deus meus*. **Ant.** Introíbo.

DOMINICA V

Antiphona ad introitum


VIII c

De-us me-us, * é-ri-pe me de manu pecca-




tó-ris.

Psalmus 70



V. I *In te, Dómine, sperá- vi*, * non confúndar *in æ-*




tér- num. **Ant.** De- us me- us. **Flexa:** mihi, †

- 2 *In iustitia tua libera me, et éripe me; * inclína ad me aurem tuam, et salva me.* **Ant.** Deus meus.
- 3 *Esto mihi in rupem præsidii et in domum munítam, * ut salvum me fácias.* **Ant.** Deus meus.
- 4 *Quia dixerunt inimíci mei mihi, † et qui observábant ánimam meam * consílium fecérunt in unum.* **Ant.** Deus meus.
- 5 *Dicéntes: « Deus derelíquit eum, † persequímini et comprehéndite eum, * quia non est qui erípiat ».* **Ant.** Deus meus.
- 6 *Deus, ne elongéris a me; * Deus meus, in auxiliúm meum festína.* **Ant.** Deus meus.
- 7 *Confundántur et deficiant adversántes ánimæ meæ; * operiántur confusióne et pudóre qui quærunť mala mihi.* **Ant.** Deus meus.
- 8 *Ego autem semper sperábo, * et adiciam super omnem laudem tuam.* **Ant.** Deus meus.
- 9 *Os meum annuntiábit iustítiam tuam, * tota die salutáre tuum.* **Ant.** Deus meus.
- 10 *Sed et lingua mea tota die meditábitur iustítiam tuam, * cum confúsi et revériti fúerint qui quærunť mala mihi.* **Ant.** Deus meus.

Psalmus responsorius I D I g


Ps. 21




Ps. 1 Tu autem, Dómine, ne e-longáve-ris, forti-tú-do




me- a. **R.** Ad de-fensi- ó-nem me- am cónspice.



Ψ. 2 De-us, De-us me-us, quare me dere-liquí- sti? *



Longe a sa-lú-te me-a verba rugí-tus me- i.




R̄. Ad de-fensi- ó-nem.

- 3 Ego autem sum vermis et non homo, * opprobrium hóminum et abiectio plebis. R̄. Ad defensionem.
- 4 Omnes vidéntes me derisérunt me; * torquéntes lábia movérunt caput. R̄. Ad defensionem.
- 5 Sperávit in Dómino, erípiat eum; * salvum fáciat eum, quóniam vult eum. R̄. Ad defensionem.
- 6 Ne longe fias a me, ' quóniam tribulátio próxíma est, * quóniam non est qui ádiuvet. R̄. Ad defensionem.
- 7 Factum est cor meum tamquam cera * liquéscens in médio ventris mei. R̄. Ad defensionem.
- 8 Aruit tamquam testa palátum meum, ' et lingua mea adhésit fáucibus meis, * et in púlverem mortis deduxísti me. R̄. Ad defensionem.
- 9 Foderunt manus meas et pedes meos, * et dinumera-vi ómnia ossa mea. R̄. Ad defensionem.
- 10 Narrábo nomen tuum frátribus meis, * in médio ecclésiæ laudábo te. R̄. Ad defensionem.

Psalmus responsorius II C*


Ps. 128



Ψ. I Sæpe expugnavé-runt me a iuventú-te me- a, *




di-cat nunc Isra-el. *R.* Sæ-pe expugnavé-runt me a




iuventú-te me-a.

- 2 Supra dorsum meum araverunt *aratóres*, * prolongavérunt sulcos *suos*. *R.* Sæ-pe.
- 3 Dóminus *autem iustus* * concídit cervíces peccatórum. *R.* Sæ-pe.
- 4 Confundántur et convertántur *retrórsus* * omnes qui odérunt *Sion*. *R.* Sæ-pe.
- 5 Fiant sicut fenum *tectórum*, * quod priúsqvam evellátur, exáruit. *R.* Sæ-pe.
- 6 De quo non implévit manum suam *qui metit*, * et sinum suum qui manípulos *cólligit*. *R.* Sæ-pe.
- 7 Et non dixerunt qui præteríbant: ' « *Benedíctio Dómini super vos*, * *benedícimus vobis in nómine Dómini* ». *R.* Sæ-pe.


Antiphona acclamationis



A-men, amen dico vobis: * si quis sermónem me-



um ser-vá- ve- rit, mortem non gustá-bit in æ-




térnum. E u o u a e.


Canitur deinde unus saltem versiculus e psalmo re-
sponsorio præcedenti, qui non est adhibitus.

vel **Tractus**

Ps. 128



¶. 1 Sæpe expugnâverunt me a iuventúte me- a, *



di-cat nunc Isra-el: **¶. 2** Sæpe.

2 Sæpe expugnâverunt me a iuventúte mea, * etenim non potuerunt advêrsum me.


3 Supra dorsum meum arâverunt aratóres, * prolon-
gâverunt sulcos suos.

4 Dóminus autem iustus * concídit cervíces peccatórum.


5 Confundântur et convertântur retrórsus * omnes
qui odêrunt Sion.

6 Benedíctio Dómini super vos, * benedícimus vobis
in nómine Dómini.

Antiphona ad offertorium




I údi-ca * causam me- am: de-fénde, qui a




po-tens es Dómine.


Psalmus 21



¶. 1 De-us, De-us me-us, quare me dere- liquí- sti? *



Longe a sa-lú-te me-a verba ru-gí-tus me- i.



Ant. Iúdi-ca.

- 2 *Deus* meus, clamo per diem, et non exáudis, * et nocte, et non est *réquies mihi*. **Ant.** Iúdi-ca.
- 3 *Erue* a frámea ánimam **meam**, * et de manu canis *únicam meam*. **Ant.** Iúdi-ca.
- 4 *Salva* me ex ore leónis, * et a córnibus unicórnium *humilitátem meam*. **Ant.** Iúdi-ca.

Antiphona ad communionem



P a- ter, * si non po-test hic ca- lix transí-re,




ni-si bibam il- lum, fi- at vo-lúntas tu-a.


Psalmus 115



Y. I *Cré-di-di*, ét-i- am cum locútus sum : * « Ego autem



humi- li- á-tus sum **ni- mis**». **Ant.** Pa- ter.



Flexa: me- a: †

- 2 *Quid retribuam Dómino * pro ómnibus quæ retribuit mihi? Ant.* Pater.
- 3 *Cálicem salutáris accípíam, * et nomen Dómini invocábo. Ant.* Pater.
- 4 *Vota mea Dómino reddam * coram omni pópulo eius. Ant.* Pater.
- 5 *Pretiósá in conspéctu Dómini * mors sanctorum eius. Ant.* Pater.
- 6 *O Dómine, ego servus tuus, * ego servus tuus et fílius ancíllæ tuæ. Ant.* Pater.
- 7 *Dirupísti víncula mea: † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * et nomen Dómini invocábo. Ant.* Pater.
- 8 *Vota mea Dómino reddam * coram omni pópulo eius. Ant.* Pater.
- 9 *In átriis domus Dómini, * in médio tui, Ierúsalem. Ant.* Pater.

Vel ad libitum ant. Cálicem salutáris cum suo psalmo, e feria V in Cena Domini, p. 135.


DOMINICA IN PALMIS DE PASSIONE DOMINI

Commemoratio ingressus Domini in Ierusalem

Ad introitum

Dum celebrans accedit cum ministris, cantatur antiphona cum psalmo, ut sequitur:

VII a



Ho-sánna * fí-li-o Da-vid: benedíc-tus qui
ve-nit in nó-mi-ne Dómi-ni. Rex Is-ra-ël:
Ho-sánna in excél-sis.

Psalmus 117



Y. I Con-fi-témi-ni Dómino, quóni-am bo-nus, * quóni-am in sæcu-lum mi-se-ricórdi-a e-ius.

Ant. Ho-sánna.

- 2 *Lápidem quem reprobavérunt ædificántes, * hic factus est in caput ánguli. Ant. Hosánna.*
- 3 *A Dómino factum est istud, * et est mirábile in óculis nostris. Ant. Hosánna.*
- 4 *Deus Dóminus et illúxit nobis. * Instruíte sollemnitátem in ramis condénsis, usque ad córnua altáris. Ant. Hosánna.*
- 5 *Deus meus es tu, et confitébor tibi, * Deus meus, et exaltábo te. Ant. Hosánna.*

Ad processionem

Diaconus vel celebrans dicit :



Proce-dámus in pace.

Respondent omnes:




In nómine Chri-sti. Amen.

Progrediente processione, canuntur a schola et populo cantus sequentes:

Antiphona I



P ú-e-ri Hebræ-ó-rum,* portántes ramos o- li-várum,




obvi- avé-runt Dómi-no, clamán- tes et di- cén- tes:




Ho-sánna in excél-sis.

Psalmus 23


Post antiphonam ab omnibus decantatam, cantor vel cantores versum integrum canunt. Intonatio rursus cantatur initio cuiusque versiculi.



¶. 1 *Dómi*-ni est terra et pleni-tú- do e- ius, *



orbis terrá-rum et qui hábi-tant in e- o.




Ant. Pú-e- ri *Flexa:* mundo cor- de, †

- 2 *Quia* ipse super mária fundávit eum, * et super flúmina firmávit eum. *Ant.* Púeri.
- 3 *Quis* ascéndet in **montem Dómini**, * aut quis stabit in loco *sancto* eius? *Ant.* Púeri.
- 4 *Innocens* mánibus et mundo **corde**, † qui non accépit in vanum **nomen** eius, * nec iurávit in **dolum**. *Ant.* Púeri.
- 5 *Hic* accípiet benedictiónem a **Dómino**, * et iustificatió-nem a Deo salutári suo. *Ant.* Púeri.
- 6 *Hæc* est generátio quæréntium eum, * quæréntium faciém *Dei Iacob*. *Ant.* Púeri.
- 7 *Attóllite*, portæ, cápita **vestra**, † et elevámini, portæ æternáles, * et introíbit rex **glóriæ**. *Ant.* Púeri.
- 8 *Quis* est iste rex **glóriæ**? † **Dóminus fortis** et **potens**, * **Dóminus potens in prælio**. *Ant.* Púeri.
- 9 *Attóllite*, portæ, cápita **vestra**, † et elevámini, portæ æternáles, * et introíbit rex **glóriæ**. *Ant.* Púeri.
- 10 *Quis* est iste rex **glóriæ**? * **Dóminus virtútum ipse est rex glóriæ**. *Ant.* Púeri.

Antiphona II

I f



P ú-e-ri Hebræ-órum * vestiménta prosternébant
 in vi-a, et clamábant di-céntes: Ho-sánna fi-li-o
 Da-vid: bene-díctus qui ve-nit in nómine Dómi-ni.

Quæ pro opportunitate repetitur post singulos versus psalmi 46.

Psalmus 46



Ψ. 1 Omnes gentes, pláudi-te má-nibus: * iu-bi-lá-te
 De-o in voce exsulta-ti-ó-nis! **Ant.** Pú-e-ri.

Flexa: De- i Abraham, †

2 Quóniam Dóminus Altíssimus, terríbilis, * rex magnus super omnem terram. **Ant.** Púeri.

3 Subiécit pópulos nobis, * et gentes sub pédibus nostris. **Ant.** Púeri.

- 4 *Elégit nobis hereditátem nostram, * glóriam Iacob quem diléxit. Ant. Púeri.*
- 5 *Ascéndit Deus in iúbilo, * et Dóminus in voce tubæ. Ant. Púeri.*
- 6 *Psállite Deo, psállite; * psállite regi nostro psállite. Ant. Púeri.*
- 7 *Quóniam rex omnis terræ Deus, * psállite sapiénter. Ant. Púeri.*
- 8 *Regnávit Deus super gentes, * Deus sedet super sedem sanctam suam. Ant. Púeri.*
- 9 *Príncipes populórum congregáti sunt cum pópulo Dei Abraham, † quóniam Dei sunt scuta terræ: * vehementer elevátus est. Ant. Púeri.*

Deinde cantari potest pro opportunitate:

Hymnus ad Christum Regem

Schola

G ló-ri-a, laus et honor ti-bi sit, Rex Christe

Redémptor, Cu-i pu-e-rí-le de-cus prompsit Ho-

sánna pi-um.

Omnes: Glória, laus.

I Isra-el es tu Rex, Da-ví-dis et íncli-ta pro-les,



Nómine qui in Dómi-ni, Rex bene-díc-te, venis.

Omnes: Glória, laus.




2 Cœtus in ex-cél-sis te laudat cœ-li-cus omnis, Et



mortá-lis homo, et cuncta cre-á-ta simul.

Omnes: Glória, laus.



3 Plebs Hebræ-a ti-bi cum palmis óbvi-a ve-nit:



Cum prece, vo-to, hymnis, ádsumus ecce ti-bi.

Omnes: Glória, laus.




4 Hi ti-bi pas-sú-ro solvábant mú-ni-a laudis: Nos




ti-bi regnánti pángimus ecce me-los.

Omnes: Glória, laus.



5 Hi placu- é-re ti-bi, plá-ce-at devó- ti- o nostra:



Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta placent.

Omnes: Glória, laus.

Ingre-diente processione in ecclesiam, cantatur:

Antiphona

Schola



H o-sánna in excélsis: bene-díctus qui ve-nit in


Omnes




nómine Dómi-ni: **R.** Ho-sánna in excélsis.

Psalmus 117


Omnes



Y. 1 *De- us* Dóminus, et illú-xit nobis. **R.** Ho-sánna.



Y. 2 *Consti-tú- i-te* di-em so-lémnem in condénsis, ’



usque ad cornu *altá-* ris. **R.** Ho-sánna in excélsis.

- 3 *Deus* meus es tu, et confitébor tibi, ' *Deus* meus, et exaltábo te. *R.* Hosánna.
- 4 *Confitébor* tibi, quóniam exaudísti me, ' et factus es mihi in *salútem*. *R.* Hosánna.
- 5 *Confitémini* Dómino, quóniam bonus, ' quóniam in sáeculum misericórdia eius. *R.* Hosánna.

Ad Missam

Ut supra in dominica V, p. 108, sed omittitur ant. et ps. ad introitum necnon Kýrie eléison.

Cantatur antiphona ad communionem Pater, p. 113.

Feria V Hebdomadæ Sanctæ

MISSA CHRISMATIS

Antiphona ad introitum

I f

A

fructu fruménti, * vi-ni et ó-le-i su-i

multipli-cá-ti sunt.

Psalmus 4

Y. I *Invocántem exaúdi me, De-us iustí-ti-æ me-æ; **

in tribu-la-ti-óne di-la-tásti **mi-** hi.

Ant. A fructu.

2 *Miserére mei * et exaúdi oratiónem meam.*

Ant. A fructu.

3 *Filii hóminum, úsquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem et quæritis mendácium?*

Ant. A fructu.


- 4 *Et scitote quoniam mirificavit Dominus **sanctum suum**; * Dominus exaudiet, cum clamavero ad eum.*
Ant. A fructu.
- 5 *Sacrificate sacrificium iustitiae * et sperate in Domino.* *Ant.* A fructu.
- 6 *Multi dicunt: « Quis ostendit nobis bona? » * Leva in signum super nos lumen vultus tui, Domine.*
Ant. A fructu.
- 7 *In pace in idipsum dormiam et requiescam, * quoniam tu, Domine, singulariter in spe constituisti me.*
Ant. A fructu.

Psalmus responsorius I E 3


Ps. 88




Y. 1 Mi-se-ricordi-as **Dómi-ni.** *R.* In æ-térnum can-



tábo.



Y. 2 Invé-ni David servum **me-** um; * ó-le-o sancto




me-o unxi e- um. *R.* In æ-térnum can-tábo.

- 3 *Manus enim mea firma erit cum eo, * et brachium meum confortabit eum.* *R.* In ætérnum.
- 4 *Et veritas mea et misericordia mea cum ipso * et in nómine meo exaltabitur cornu eius.*
R. In ætérnum.


- 5 Ipse invocábit me: « Pater meus **es** tu, * Deus meus et refúgium salútis **meæ** ». **R.** In ætérnum.

Psalmus responsorius II C 2 g

Ps. 32



Ps. 1 Exsultá-te, iusti, in **Dómino**. **R.** Rectos de-cet



collaudá-ti-o.



Ps. 2 Cantá-te e-i cánti-cum **no-** vum, * bene psál-li-



te e-i in vo-ci-fe-ra-ti- óne. **R.** Rectos.

- 3 DÍligit iustítiam et iudícium, * misericórdia Dómini plena est **terra**. **R.** Rectos.
- 4 Beáta gens, cui Dóminus est **Deus**, * pópulus, quem elégit in hereditátem **sibi**. **R.** Rectos.
- 5 De cælo respéxit **Dóminus**, * vidit omnes filios **hó-** minum. **R.** Rectos.
- 6 Ecce óculi Dómini super metuéntes **eum**, * in eos qui sperant super misericórdia **eius**. **R.** Rectos.
- 7 Ut éruat a morte ánimas eórum, * et alat eos in **fame**. **R.** Rectos.
- 8 Anima nostra sústinet **Dóminum**, * quóniam adiútor et protéctor **noster** est. **R.** Rectos.
- 9 Quia in eo lætábitur cor **nostrum**, * et in nómine sancto eius sperávimus. **R.** Rectos.


- 10 Fiat misericórdia tua, Dómine, **super** nos, * quem-
admodum sperávimus **in** te. **Rj.** Rectos.

Ad offertorium

Processione per ecclesiam progrediente, schola, omni-
bus respondentibus, cantat hymnum O Redémptor, loco
antiphonæ ad offertorium.


Schola

O Redémptor, sume carmen Temet concinén-



ti- um.

Omnes: O Redémptor.




1 Arbor fe-ta alma luce Hoc sacrándum pró-tu-lit,




Fert hoc prona præ-sens turba Salva-tó-ri sácu-li.

Omnes: O Redémptor.




2 Consecrá-re tu dignáre, Rex per-énis pátri-æ,



Hoc o-lí-vum, signum vivum, Iu-ra contra dáemonum.

Omnes: O Redémptor.



3 Ut nové-tur sexus omnis Uncti-óne chrísma-tis:



Ut sané-tur sauci- á-ta Digni-tá-tis gló-ri- a.

Omnes: O Redémptor.



4 Lo-ta mente sacro fonte Aufugántur crími-na,




Uncta frónte sacro-sáncta Inflú-unt cha-rísmata.

Omnes: O Redémptor.



5 Corde natus ex Pa-réntis, Alvim implens Vírgi-nis,




Præsta lucem, claude mortem Chrísma-tis con-sórtibus.

Omnes: O Redémptor.



6 Sit hæc di-es festa nobis Sæcu-ló-rum sæcu-lis,



Sit sacrá-ta digna laude Nec senéscat témpo-re.

Omnes: O Redémptor.

Antiphona ad communionem

VIII G

D i-le-xí-sti iustí-ti-am, * et o-dísti i-niqui-tá-tem: proptér-e-a unxit te De-us ó-le-o læ-tí-ti-æ.

Psalmus 44

V. † *E-ructávit* cor me-um verbum bo-num, † dico e-go ópera me-a re-gi. * Lingua me-a cá-lamus scribæ ve-ló-ci-ter scribén-tis. **Ant.** Di-lexí-sti.

- 2 *Speciósus* forma es præ filiis **hóminum**, † *diffúsa* est grátia in lábiis **tuis**, * *proptérea* benedíxit te Deus in *ætérnum*. **Ant.** Dilexísti.
- 3 *Accíngere* gládio tuo super femur tuum, potentí-sime; * *splendóre* tuo et ornátu tuo *prósperè* *procéde*. **Ant.** Dilexísti.

- 4 *Currum ascende propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam. * Et sagittabit pro te mirabiliter dextera tua. Ant. Dilexisti.*
- 5 *Sagittae tuae acutae † — populi sub te cadent — * in corda inimicorum regis. Ant. Dilexisti.*
- 6 *Sedes tua, Deus, in saeculum saeculi; * sceptrum aequitatis sceptrum regni tui. Ant. Dilexisti.*
- 7 *Myrrha et aloë et casia omnia vestimenta tua, * e domibus eburneis chordae delectaverunt te. Ant. Dilexisti.*
- 8 *Pro patribus tuis erunt tibi filii; * constitues eos principes super omnem terram. Ant. Dilexisti.*
- 9 *Memor ero nominis tui * in omni generatione et generatione. Ant. Dilexisti.*
- 10 *Propterea populi, confitebuntur tibi * in aeternum et in saeculum saeculi. Ant. Dilexisti.*

SACRUM TRIDUUM PASCHALE
PASSIONIS ET RESURRECTIONIS DOMINI

MISSA IN CENA DOMINI

Ad liturgiam verbi

Antiphona ad introitum

VII c


Nos autem * glo-ri-á-ri opór-tet in cruce

Dómi-ni nostri Ie-su Christi.


Psalmus 66




Ps. 1 *De-* us mi-se-re- á-tur nostri, et benedí- cat



no- bis; * illúminet vultum su- um **super** nos.



Ant. Nos autem.



Flexa: gentes, †

- 2 *Ut cognoscátur in terra **via tua**, * in ómnibus gén-
tibus salutáre **tuum**. **Ant.** Nos autem.*
- 3 *Confiteántur tibi **pópuli**, **Deus**; * confiteántur tibi
pópuli omnes. **Ant.** Nos autem.*
- 4 *Læténtur et exsúltent **gentes**, † quóniam iúdicas pó-
pulos in æquitáte, * et gentes in **terra dírigis**.
Ant. Nos autem.*
- 5 *Confiteántur tibi **pópuli**, **Deus**, * confiteántur tibi
pópuli omnes. **Ant.** Nos autem.*
- 6 *Terra dedit **fructum suum**; * benedícat nos **Deus**,
Deus noster. **Ant.** Nos autem.*
- 7 *Benedícat nos **Deus**, * et métuant eum omnes **fines**
terræ. **Ant.** Nos autem.*

Vel ad libitum ant. ad introitum Sacerdos in æté-
rum, p. 201.

Psalmus responsorius I D*

Ps. 22




¶. 1 Dóminus pascit me, * et nihil mihi dé- e-rit:



R̄. In loco páscu-æ i-bi me collo-cávit.



¶. 2 Super aquas qui-é-tis edúxit me, * ánimam me-



am re-fé- cit. R̄. In loco ¶. 3 Dedúxit me¹...



nomen su- um. ¶. 4... quóni- am tu mecum es.

- 3 Dedúxit me super sémitas iustitiæ * propter nomen suum. R̄. In loco.
- 4 Nam et si ambulávero in valle umbræ mortis, non timébo mala, * quóniam tu mecum es. R̄. In loco.
- 5 Virga tua, et báculo tuus * ipsa me consoláta sunt. R̄. In loco.
- 6 Parásti in conspéctu meo mensam * advérsus eos qui tríbulant me. R̄. In loco.
- 7 Impinguásti in óleo caput meum, * et calix meus redúndat. R̄. In loco.

¹ Versiculi impares in primo tenore (ut) cantantur; pares autem in secundo (sol).


- 8 Etenim benígnitas et misericórdia subsequéntur me *
 ómnibus diébus vitæ meæ. *R.* In loco.
- 9 Et inhabitábo in domo Dómini * in longitúdinem
 diérum. *R.* In loco.

Psalmus responsorius II

Ps. 144 Exaltábo te, cum *R.* Et benedicam, p. 202.

Ad lotionem pedum

Antiphona




Mandátum novum do vobis: * ut di-li-gá-tis ín-



vi-cem, sicut di-lé-xi vos, di-cit Dóminus.


Psalmus 118



Y. 1 Be-á-ti immacu-lá-ti in vi-a, * qui ámbu-



lant in le-ge Dómi-ni. *Ant.* Mandátum.



Y. 5 ... in la-ti-túdi-ne, *

- 2 In mandátis tuis exercébor, * et considerábo vias
 tuas. *Ant.* Mandátum.

- 3 *Viam mandatorum tuorum curram, * quia dilatasti cor meum. Ant. Mandatum.*
- 4 *Ecce concupiui mandata tua; * in iustitia tua vivifica me. Ant. Mandatum.*
- 5 *Et ambulabo in latitudine, * quia mandata tua exquisivi. Ant. Mandatum.*
- 6 *Et delectabor in preceptis tuis, * quae dilexi. Ant. Mandatum.*
- 7 *Quomodo dilexi legem tuam, Domine; * tota die meditatio mea est. Ant. Mandatum.*
- 8 *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, * super mel ori meo. Ant. Mandatum.*
- 9 *Lucerna pedibus meis verbum tuum, * et lumen semitis meis. Ant. Mandatum.*
- 10 *Mirabilia testimonia tua, * ideo servavit ea anima mea. Ant. Mandatum.*

Ad liturgiam eucharisticam

Processione per ecclesiam progrediente, cantatur, loco antiphonae ad offertorium, sequens antiphona cum suis versibus:


Cantus Ubi caritas

Qui cantus sic ordinatur: *Ant. Ubi caritas integra canitur a cantoribus et repetitur ab omnibus. Pro opportunitate tamen potest cantari semel tantum ab omnibus. Versus autem alternatim canuntur a duabus partibus chori sibi invicem respondentibus, vel alternatim a cantoribus et a choro. Quando antiphona repetitur, semper ab omnibus canitur.*


VI

U - bi cári- tas est ve-ra, De- us i-bi est. V. Con- gre-gávit nos in u-num Christi amor. V. Exsultémus,

The image shows two staves of musical notation. The first staff is labeled 'VI' and the second staff is labeled 'U'. The notation consists of square notes on a five-line staff with a clef. The lyrics are written below the staves, with the first line of the antiphone on the first staff and the beginning of the verse on the second staff. The antiphone is 'Ubi caritas est vera, Deus inibi est.' and the verse is 'Congregavit nos in unum Christi amor.' The text continues with 'Exsultemus,'.




et in ip-so iucundémur. **∇**. Time- ámus, et amé-




mus De-um vivum. **∇**. Et ex corde di- li-gámus nos sin-




cé- ro.




Ant. Ubi cá-ri- tas est ve-ra, De- us i-bi est. **∇**. Si-



mul ergo cum in u-num congregámur: **∇**. Ne nos men-




te di- vi- dámur, cave- ámus. **∇**. Cessent iúrgi- a ma-




lígna, cessent li- tes. **∇**. Et in médi- o nostri sit Chri-




stus De- us.



Ant. Ubi cá-ri-tas est ve-ra, De-us i-bi est. **¶** Si-



mul quoque cum be-á-tis vide-á-mus. **¶** Glo-ri-án-



ter vultum tu-um, Christe De-us: **¶** Gáudi-um, quod



est imménsum, atque probum, **¶** Sá-cu-la per infi-



ní-ta sæcu-ló-rum.

Antiphona ad communionem

II D



C á-li-cem * sa-lu-tá-ris accí-pi-am, et nomen




Dó-mi-ni invo-cá-bo.

Psalmus 115



Y. 1 Cré-di-di, ét-i-am cum locú-tus sum: * «Ego hu-



mi-li-á-tus sum ni-mis». Ant. Cá-li-cem.



Flexa: me-a: †

- 2 Quid retríbuaui Dómino * pro ómnibus quæ retríbuit mihi? Ant. Cálicem.
- 3 Vota mea Dómino reddam * coram omni pópulo eius. Ant. Cálicem.
- 4 Pretiósas in conspéctu Dómini * mors sanctorum eius. Ant. Cálicem.
- 5 O Dómine, ego servus tuus, * ego servus tuus et fílius ancíllæ tuæ. Ant. Cálicem.
- 6 Dirupísti víncula mea: † tibi sacrificábo hóstiã laudis, * et nomen Dómini invocábo. Ant. Cálicem.
- 7 Vota mea Dómino reddam * coram omni pópulo eius. Ant. Cálicem.
- 8 In átriis domus Dómini, * in médio tui, Ierúsalem. Ant. Cálicem.


Ad sollemnem translationem Ss.mi Sacramenti

Dum fit processio, cantatur sequens hymnus:

Hymnus




Pange, lingua, glo-ri-ó-si córpo-ris mysté-ri-um,




sanguínisque pre-ti-ó-si, quem in mundi pré-ti-um




fructus ventris gene-ró-si Rex effúdit gén-ti-um.




2 Nobis da-tus, nobis na-tus ex intácta Vírgine,



et in mundo conversá-tus, sparso verbi sémine,



su-i mo-ras inco-látus mi-ro clausit ór-dine.



3 In supré-mæ nocte cenæ recúmbens cum frá-tribus,



observá-ta le-ge plene ci-bis in legá-libus, cibum




turbæ du-odénæ se dat su- is má-nibus.



4 Verbum caro panem ve-rum verbo carnem éf-fi-



cit, fitque sanguis Christi me-rum, et, si sensus



dé-fi-cit, ad firmándum cor sincérum so-la fides




súf-fi-cit.

Loco huius hymni cantari potest alius cantus eucharisticus. Ad locum repositionis cantatur Tantum ergo sacraméntum, ut infra p. 463.


Feria VI in Passione Domini

Ad Liturgiam verbi

Psalmus responsorius post I lectionem: C₃ a Ps. 30



Ψ. 1 In manus tu-as, **Dómine**, **R̃.** Comméndo spí-




ri-tum me-um.




Ψ. 2 Redemísti nos, **Dómine** * De-us ve-ri-tá-tis.



R̃. Comméndo.



Ψ. 3 In te, **Dómi-ne**, spe-rávi, non confúndar in æ-



tér-num; * in iustí-ti-a tu-a lí-be-ra me. **R̃.** Com-



méndo. Ψ. 4 Apud omnes.¹

¹ Versiculi impares in primo tenore (fa) cantantur; pares autem in secundo (la).

- 4 Apud omnes inimicos meos factus sum opprobrium, * et vicinis meis valde, et timor notis meis.
R. Comméndo.
- 5 Oblivioni a corde datus sum tamquam mortuus; * factus sum tamquam vas perditum. *R.* Comméndo.
- 6 Ego autem in te speravi, Domine; * dixi: «Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meae».
R. Comméndo.
- 7 Eripe me de manu inimicorum meorum * et a persequentibus me. *R.* Comméndo.
- 8 Illustra faciem tuam super servum tuum, * salvum me fac in misericordia tua. *R.* Comméndo.

Psalmus responsorius post lectionem II

Ps. 42 Iúdica me, cum *R.* Salutáre, p. 221.

Sacerdos Ad detegendam S. Crucem



Ps. Ecce lignum Cru-cis, in quo sa-lus mundi pepén-



dit. *R.* Ve-ní-te, adorémus.


Et ter cantat celebrans elevando vocem gradatim.

Ad adorationem S. Crucis

Antiphona



P ópu-le me-us, * quid fe-ci ti-bi? aut quid mo-



léstus fu- i? respónde mi-hi.

Improperia



In Missis sequentibus duo vel tres cantus ponuntur pro unaquaque parte Missæ (antiphonæ ad introitum, ad offertorium, ad communionem, psalmi responsorii, etc.), e quibus unus eligitur, firma tamen rubrica generali pro cantu psalmi responsorii vel alleluiatici in diversis temporibus.

Tempore paschali in fine antiphonarum cantatur allelúia, uti notatur p. 439.

Commune dedicationis ecclesiae	p. 331
Commune B. Mariæ Virginis	p. 336
Commune Apostolorum	p. 339
Commune Martyrum	p. 343
Commune Sanctorum	p. 355
Commune Sanctarum	p. 367

Commune dedicationis ecclesiæ

Antiphona ad introitum

IV A

I

n-tro- íbo * in domum tu-am, Dómine: et

ado-rá-bo ad templum sanctum tu-um.

T. P. Alle-lú-ia.

Psalmus 5

Ψ. I Verba me- a áuribus pérci-pe, Dómine; * intélle-

ge gémi-tum me- um. **Ant.** Intro- íbo.

Flexa: Dómine, †

2 *Inténde voci clamóris mei, * rex meus et Deus meus.*

Ant. Introíbo.

3 *Quóniam ad te orábo, Dómine, † mane exáudies vocem meam; * mane astábo tibi, et exspectábo.*

Ant. Introíbo.

- 4 *Quóniam* non Deus volens iniquitátem tu es; † neque habitábit iuxta te *malignus*, * neque permanébunt iniústi ante *óculos tuos*. **Ant.** Introíbo.
- 5 *Dómine*, deduc me in iustítia tua propter inimícos **meos**, * dírige in conspéctu meo *viam tuam*.
Ant. Introíbo.
- 6 *Et omnes* qui sperant in te *laeténtur*, * in *ætérum exsúltent*. **Ant.** Introíbo.
- 7 *Obumbrábis* eis, et *gloriabúntur* in te * qui *díligunt nomen tuum*. **Ant.** Introíbo.
- 8 *Quóniam* tu benedíces *iusto*, **Dómine**; * quasi scuto, bona voluntáte *coronábis eum*. **Ant.** Introíbo.


Psalmus responsorius ut in festo S. Familiæ, p. 71.

Alleluia

Ps. 121



A l-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle- lú-ia.
Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



Y. 1 *Læ-tá-tus* sum in e-o quod dixé-runt **mi**-hi: * « In



domum *Dómi-ni í*-bimus ». **Omnes:** Allelúia.


2 *Stantes* iam sunt **pedes nostri** * in portis tuis, *Ierúsalem*.
Omnes: Allelúia.

vel Psalmus alleluaticus C 1


Ps. 121



Y. 1 *Læ-tá-tus* sum in e- o quod dixé-runt **mi**- hi: *




« In domum Dómi-ni í-bimus ». *R.* Alle-lú-ia, alle-



lú-ia.

- 2 Stantes iam sunt pedes **nostri** * in portis tuis, *Ierú-*salem. *R.* Allelúia.
- 3 *Ierúsalem*, quæ ædificáta est ut **cívitas** * sibi compácta in *idípsum*. *R.* Allelúia.
- 4 Illuc enim ascendérunt tribus, tribus **Dómini**, * testi-mónium *Israel*, ad confiténdum nómini **Dómini**.
R. Allelúia.
- 5 Quia illic sedérunt sedes ad iudícium, * sedes *domus David*. *R.* Allelúia.
- 6 Rogáte quæ ad pacem sunt *Ierúsalem*, * secúri sint *diligéntes* te. *R.* Allelúia.
- 7 Fiat pax in muris **tuis**, * et secúritas in túrribus **tuis**.
R. Allelúia.
- 8 Propter fratres meos et próximos **meos** * loquar:
« Pax in te! » * *R.* Allelúia.
- 9 Propter domum Dómini Dei **nostri** * exquíram bona tibi. *R.* Allelúia.

Antiphona ad offertorium




Be-ne fundá-ta est * domus Dómi-ni supra




† firmam petram. *T. P.* † firmam petram, alle-lú-ia.

Psalmus 137



Ψ. 1 *Confitebor tibi, Dómine, in toto corde me-* o, *




quóni- am audísti verba *o-ris me-* i. *Ant. Bene.*



Flexa: tu- o †

- 2 *In conspéctu angelórum psallam tibi, * adorábo ad templum sanctum tuum. Ant. Bene.*
- 3 *Et confitébor nómini tuo † propter misericórdiam tuam et veritátem tuam, * quóniam magnificásti super omne nomen elóquium tuum. Ant. Bene.*
- 4 *In quacúmque die invocávero te, exáudi me; * multiplicábis in ánima mea virtútem. Ant. Bene.*

Antiphona ad communionem




D omus me- a, * do- mus o-ra-ti- ó- nis † vo- cá-



bi-tur. *T. P.* † vo- cábi-tur, alle- lú-ia.

Psalmus 147



Ψ. 1 *Lauda, Ierú-sa-lem, Dóminum: * lauda De-um*



tu-um, Si- on. **Ant.** Domus me- a.



V. 8 ... iudí-ci- a su- a **Isra-** el.

- 2 *Quóniam* confortávit seras portárum tuárum, * benedíxit filiis tuis **in** te. **Ant.** Domus.
- 3 *Qui pónit* fines tuos **pacem**, * et ádipe fruménti **sátíat** te. **Ant.** Domus.
- 4 *Qui emíttit* elóquium **suum terræ**, * velóciter currit **verbum eius.** **Ant.** Domus.
- 5 *Qui dat* nivem **sicut lanam**, * pruínam sicut **cínerem spargit.** **Ant.** Domus.
- 6 *Míttit* crýstállum suam **sicut buccéllas**; * ante fáciem frígoris eius quis **sustinébit?** **Ant.** Domus.
- 7 *Emíttet* verbum suum et liquefáciét ea, * flabit spíritus eius, et **fluent aquæ.** **Ant.** Domus.
- 8 *Qui annúntiat* verbum **suum Iacob**, * iustítias et iudícia **sua Israel.** **Ant.** Domus.
- 9 *Non fecit* táliter omni **natióni**, * et iudícia sua non manifestávit **eis.** **Ant.** Domus.

Commune beatæ Mariæ Virginis

Antiphona ad introitum

II D

B

e-á-ta Ma-ter * et intácta Virgo, glo-ri-ó-sa

Re-gína mundi, intercéde pro no-bis ad † Dómi-

num. **T. P.** † Dóminum, alle-lú-ia.

Psalmus 45

Y. I *De-us* est nobis re-fúgi-um et **vir-**tus, * adiutó-

ri-um in tribu-la-ti-ó-nibus invéntus est **ni-**mis.

Ant. Be-á-ta Ma-ter. **Flexa:** terræ, †

- 2 *Proptérea* non timébimus, dum turbábitur **terra**, * et transferéntur montes in *cor maris*. **Ant.** Beáta.
- 3 *Fremant* et intuméscant aquæ eius, * conturbéntur montes in elatióne eius. **Ant.** Beáta.

- 4 *Flúminis rivi lætíficant civitátem Dei, * sancta tabernácula Altíssimi. Ant. Beáta.*
- 5 *Deus in médio eius, non commovébitur; * adiuvábit eam Deus mane dílúculo. Ant. Beáta.*
- 6 *Dóminus virtútum nobíscum, * refúgium nobis Deus Iacob. Ant. Beáta.*
- 7 *Veníte, et vidéte ópera Dómini, * quæ pósuit prodígia super terram. Ant. Beáta.*
- 8 *Auferet bella usque ad finem terræ, † arcum cónteret et confrínget arma, * et scuta combúret igni. Ant. Beáta.*
- 9 *Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus; * exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra. Ant. Beáta.*
- 10 *Dóminus virtútum nobíscum, * refúgium nobis Deus Iacob. Ant. Beáta.*

Psalmus responsorius, Alleluia vel psalmus alleluia-ticus, ut in sollemnitate Conceptionis immaculatæ B. Mariæ V., p. 324.


Antiphona ad offertorium Ave María, ut in sollemnitate Annuntiationis Domini, p. 272.

Antiphona I ad communionem Beáta es, ut in festo Nativitatis B. Mariæ V., p. 303.

Antiphona II ad communionem




S anctum nomen Dómi-ni * magní-fi-cat á-nima




me- a.


Canticum B. Mariæ V.



¶. 1 Magni-ficat ánima me- a Dóminum, * et ex-



sultá-vit spí-ri-tus me- us in De-o, sa-lutá-ri me- o.



Ant. Sanctum.

- 2 *Quia* respéxit humilitátem ancíllæ suæ, * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Ant. Sanctum.

- 3 *Quia* fecit mihi magna, qui potens est, * et sanctum nomen eius. Ant. Sanctum.

- 4 *Et misericórdia* eius a progénie in progénies * timéntibus eum. Ant. Sanctum.

- 5 *Fecit* poténtiam in bráccchio suo, * dispérsit supérbos mente cordis sui. Ant. Sanctum.

- 6 *Depósuit* poténtes de sede, * et exaltávit húmiles. Ant. Sanctum.

- 7 *Esuriéntes* implévit bonis, * et dívites dimísit inánes. Ant. Sanctum.

- 8 *Suscépit* Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ. Ant. Sanctum.

- 9 *Sicut* locútus est ad patres nostros, * Abraham et sémini eius in sæcula. Ant. Sanctum.

Commune Apostolorum

Antiphona ad introitum

II D


I



n omnem terram * exí-vit sonus e- ó-rum, et




in fines orbis terræ verba † e- ó-rum.




T. P. † e- ó-rum, alle- lú-ia.


Psalmus 18



Y. I Cæ-li enárrant gló-ri-am De- i, * et ó-pe-ra



mánu-um e-ius annúnti- at firmamén- tum.



Ant. In omnem terram. Flexa: in e- is, †

2 *Dies* diéi erúctat **verbum**, * et nox nocti índicat **sciéntiam**. Ant. In omnem.

3 *Non sunt* loquélæ neque **sermónes**, * quorum non intellegántur **voces**. Ant. In omnem.

- 4 *Soli* p̄sueit tabernáculum in eis, † et ipse tamquam sponsus procedens de thálamu suo, * exsultávit ut gigas ad curréndam viam. *Ant.* In omnem.
- 5 *A f̄nibus* cælórum egressio eius, † et occúrsus eius usque ad fines eórum, * nec est quod abscondátur a calóre eius. *Ant.* In omnem.

Psalmus responsorius, Alleluia vel psalmus alleluia-ticus, ut in sollemnitate Ss. Petri et Pauli Apostolorum, p. 283.

Antiphona ad offertorium

II D

S pí-ri-tus * Dómi-ni su-per me, evange-li-zá-re

paupé-ribus mi-sit me. T. P. Alle-lú-ia.

Canticum Sapientiae

V. 1 Fulgébunt iu-sti, * et tamquam scintillæ in a-

rundiné-to discúr-rent. *Ant.* Spí-ri-tus.

- 2 *Iudicábunt* nátiónes, et dominabúntur pópulis, * et regnábit Dóminus illórum in perpétuum. *Ant.* Spíritus.
- 3 *Qui* confidunt in illo, intéllegent veritátem, * et fideles in dilectiône acquiescent illi. *Ant.* Spíritus.
- 4 *Quóniam* donum * et pax est eléctis eius. *Ant.* Spíritus.

Antiphona ad communionem

I g

Vos qui secú-ti e-stis me, * sedé-bi-tis super se-

des, iudi-cántes du-óde-cim tri-bus Isra-el, † di-cit

Dóminus. **T.P.** † alle-lú-ia.

Psalmus 138

Ps. 1 Dómi-ne, scrutá-tus es et co-gnoví-sti me, * tu

cognoví-sti sessi-ónem me-am et resurrecti-ó-nem

me-am. **Ant.** Vos. **Flexa:** perspexí-sti, †


- 2 *Intellexísti cogitatiónes meas de longe, * sémitam meam et accúbitum meum investigásti. Ant.* Vos.
- 3 *Et omnes vias meas perspexísti, † quia nondum est sermo in lingua mea, * et ecce, Dómine, tu novísti ómnia. Ant.* Vos.
- 4 *A tergo et a fronte coartásti me, * et posuísti super me manum tuam. Ant.* Vos.

- 5 *Mirabilis nimis facta est sciéntia tua super me; * sublímis, et non attingam eam. Ant. Vos.*
- 6 *Mihi autem nimis pretiósæ cogitatiónes tuæ, Deus; * nimis gravis summa eárum. Ant. Vos.*
- 7 *Si dinumerábo eas, super arénam multiplicabúntur; * si ad finem pervéniam, adhuc sum tecum. Ant. Vos.*
- 8 *Scrutáre me Deus, et scito cor meum; * proba me, et cognósce sémitas meas. Ant. Vos.*
- 9 *Et vide, si via vanitátis in me est, * et deduc me in via æténa. Ant. Vos.*


Commune Martyrum

Antiphona I ad introitum.


I a 2



Hi sunt, * qui vené-runt de tribu-la-ti-ó-ne




magna, et lavé-runt sto-las su-as in sánguine




† Agni. **T.P.** † Agni, alle-lú-ia.


Psalmus 88




Y. 1 *Mi-se-ri-córdi-as* Dómi-ni in æ-térnum can-



tá-bo, * in gene-ra-ti-ónem et gene-ra-ti-ónem an-



nunti-ábo ve-ri-tá-tem tu-am in o-re me-o.




Ant. Hi sunt. **Flexa:** sanctis tu-is, †

2 « *Dispósui* testaméntum elécto meo, * iurávi David servo meo. **Ant.** Hi sunt.

- 3 *Usque in ætérnum confirmábo semen tuum, * et ædificábo in generatióem et generatióem sedem tuam* ». *Ant.* Hi sunt.
- 4 *Confitebúntur cæli mirabilia tua, Dómine, * étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum.* *Ant.* Hi sunt.
- 5 *Tunc locútus es in visióne sanctis tuis, † et dixísti: « Pósuí adiutórium in potén-te, * et exaltávi eléctum de plebe.* *Ant.* Hi sunt.
- 6 *Inveni David sérvum meum; * óleo sancto meo unxi eum.* *Ant.* Hi sunt.
- 7 *Manus enim mea firma erit cum eo, * et bráccium meum confortábit eum.* *Ant.* Hi sunt.
- 8 *Nihil profíciet inimícus in eo, * et fílius iniquitátis non ópprimet eum.* *Ant.* Hi sunt.
- 9 *Et concídám a fácie ipsíus inimícos eius, * et odiéntes eum percútiám.* *Ant.* Hi sunt.
- 10 *Et véritas mea et misericórdia mea cum ipso, * et in nómine meo exaltábitur cornu eius* ». *Ant.* Hi sunt.

Antiphona II ad introitum

IV E




S api- énti- am * Sanctó-rum narrant pópu-li, et
 laudes e- ó-rum pronúnti- at omnis ecclé-si- a.


Psalmus 32



V. I *Exsultá-te, iusti, in Dómino; * rectos de-cet col-*



laudá-ti- o. **Ant.** Sapi- énti- am.



Ps. 2 ... psállite il-li.

- 2 *Confitémini Dómino in cithara, * in psalterio decem chordarum psállite illi.* **Ant.** Sapiéntiam.
- 3 *Cantáte ei cánticum novum, * bene psállite ei in vociferatióne.* **Ant.** Sapiéntiam.
- 4 *Quia rectum est verbum Dómini, * et ómnia ópera eius in fide.* **Ant.** Sapiéntiam.
- 5 *Diligit iustítiam et iudícium, * misericórdia Dómini plena est terra.* **Ant.** Sapiéntiam.
- 6 *Verbo Dómini cali facti sunt, * et spíritu oris eius omnis virtus eórum.* **Ant.** Sapiéntiam.
- 7 *Cóngregans sicut in utre aquas maris, * ponens in thesauris abyssos.* **Ant.** Sapiéntiam.
- 8 *Quóniam ipse dixit, et facta sunt, * ipse mandávit, et creáta sunt.* **Ant.** Sapiéntiam.
- 9 *Consílium autem Dómini in ætérnum manet, * cogitatiónes cordis eius in generatióne et generatióne.* **Ant.** Sapiéntiam.

Psalmus responsorius I C 2 g

Ps. 8



Ps. 1 Gló-ri- a et ho- nó-re **R.** Coroná-sti e-um, Dó-




mi-ne.



Y. 2. Dómine, Dóminus **no-**ster, * quam admi-rábi-le



est nomen tu-um in uni- vérsa **terra. R.** Co-ro-



násti e- um, Dómine.

- 3 Quóniam eleváta est magnificéntia **tua** * super **cælos. R.** Coronásti.
- 4 Ex ore infántium et lacténtium ' perfecísti laudem propter inimícos **tuos**, * ut déstruas inimícum et ultórem. **R.** Coronásti.
- 5 Quando vídeo cælos tuos, ópera digitórum tuórum, * lunam et stellas quæ tu fundásti. **R.** Coronásti.
- 6 Quid est homo, quod memor es eius? * aut fílius hóminis, quóniam vísitas **eum?** **R.** Coronásti.
- 7 Minuísti eum paulo minus ab ángelis, ' glória et honóre coronásti **eum**; * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. **R.** Coronásti.
- 8 Omnia subiecísti sub pédibus eius, ' oves et boves univérsas, * însuper et pécora **campi. R.** Coronásti.
- 9 Vólucres cæli et pisces **maris**, * quacúmque perám-bulant sémitas **maris. R.** Coronásti.
- 10 Dómine, Dóminus **noster**, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa **terra! R.** Coronásti.

Psalmus responsorius II E 4


Ps. 32




Y. I Exsultá-te, iusti, in **Dómino. R.** Rectos de-cet-




collaudá-ti-o.



Y. 2 Be-á-ta gens, cu-i Dóminus est **De-**us, * pópu-



lus, quem e-légit in here-di-tá-tem **si-**bi.



R. Rectos de-cet.

- 3 De cælo respéxit **Dóminus**, * vidit omnes filios **hó-**minum. **R.** Rectos.
- 4 De loco habitáculi sui respéxit * super omnes qui hábitant **terram**. **R.** Rectos.
- 5 Ecce óculi Dómini super metuéntes **eum**, * in eos qui sperant super misericórdia **eius**. **R.** Rectos.
- 6 Ut éruat a morte ánimas eórum, * et alat eos in **fame**. **R.** Rectos.
- 7 Anima nostra sústinet **Dóminus**, * quóniam adiútor et protéctor **noster** est. **R.** Rectos.
- 8 Quia in eo lætábitur cor **nostrum**, * et in nómine sancto eius sperávimus. **R.** Rectos.
- 9 Fiat misericórdia tua, Dómine, **super nos**, * quem-ádmódu(m) sperávimus **in te**. **R.** Rectos.


Alleluia

Ps. 67




A I-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



Ps. 1 *Exsúrgit De-us, et dissipántur in-imí-ci e-ius; **




et fúgi-unt qui odé-runt e-um a fá-ci-e e-ius.

Omnes: Allelúia.


- 2 *Et iusti læténtur et exsúltent in conspéctu Dei, **
et delecténtur in lætítia. **Omnes:** Allelúia.

vel **Psalmus alleluaticus I D I b**


Ps. 67



Ps. 1 *Exsúrgit De-us, et dissipántur in-imí-ci e-ius; **



et fúgi-unt qui odérunt e-um a fá-ci-e e-ius.




R. Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

- 2 *Et iusti læténtur et exsúltent in conspéctu Dei, **
et delecténtur in lætítia. **R.** Allelúia.
- 3 *Cantáte Deo, psalmum dícite nómini eius; ' iter*
*fácite ei qui fertur super nubes: * Dóminus nomen*
illi. R. Allelúia.
- 4 *Iubiláte in conspéctu eius; ' Pater orphanórum et*
*iudex viduárum, * Deus in habitáculo sancto suo.*
R. Allelúia.


- 5 Deus, qui inhabitare facit desolatos in **domo**, * qui educit vinctos in prosperitatem. **R.** Allelúia.
- 6 Dóminus dabit **verbum**; * vírgines annuntiántes bona sunt agmen **ingens**. **R.** Allelúia.
- 7 Benedíctus Dóminus die **cotidie**; * portábit nos Deus salutárium **nostrorum**. **R.** Allelúia.
- 8 Deus noster, Deus ad **salvandum**; * et Dómini, Dómini éxitus **mortis**. **R.** Allelúia.
- 9 Vidérunt ingrèssus tuos, **Deus**, * ingrèssus Dei mei, regis mei in **sancta**. **R.** Allelúia.
- 10 Mirábilis, Deus, de sanctuário tuo, ' Deus Israel ipse tribuet virtútem et fortitúdinem plebi **suæ**; * benedíctus **Deus**. **R.** Allelúia.

Psalmus alleluaticus II C I

Ps. 123




Y. I Ni-si qui-a Dóminus e-rat in nobis, di-cat nunc



Isra-el, ' ni-si qui-a Dóminus erat in no-bis, *



cum exsúrgerent hómines in nos. **R.** Alle-lú-ia,



alle-lú-ia.

- 2 Forte vivos deglutíissent nos, * cum irascerétur furor eórum **in** nos. **R.** Allelúia.

- 3 Fórsitan aqua absorbuisset nos, ' torrens pertransisset ánimam **nostram**, * fórsitan pertransissent ánimam nostram aquæ intumescéntes. *R.* Allelúia.
- 4 Benedictus **Dóminus**, * qui non dedit nos in direptionem déntibus eórum. *R.* Allelúia.
- 5 Anima nostra sicut passer **erépta** est * de láqueo venántium. *R.* Allelúia.
- 6 Láqueus **contrítus** est, * et nos **erépti sumus**.
R. Allelúia.
- 7 Adiutórium nostrum in nómine **Dómini**, * qui fecit cælum et **terram**. *R.* Allelúia.

Antiphona I ad offertorium

VIII G




B e-á-ti * qui la-vant sto-las su-as in sán-




guine Agni.


Psalmus 78



Ps. I De-us, venérunt gentes in here-di-tá-tem tu-am, †



pollu-érunt templum sanctum tu-um, * posu-érunt



Ie-rú-sa-lem in ru-í-nas. *Ant.* Be-á-ti.

- 2 *Dederunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cæli, * carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.*

Ant. Beāti.

- 3 *Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Ierusalem, * et non erat qui sepeliret.*

Ant. Beāti.

- 4 *Nos autem populus tuus et oves pascuæ tuæ, * confitebimur tibi in sæculum.* *Ant.* Beāti.

Antiphona II ad offertorium



I u-sti confi-tebúntur * nómini tu- o, et habi-




tábunt recti † cum vultu tu- o. **T. P.** † cum vultu




tu- o, alle- lú-ia.

Psalmus 118



Y. I Be- á-ti immacu-lá-ti in vi- a, * qui ámbu-



lant in *le-ge* Dómi-ni. *Ant.* Iu-sti.

- 2 *Bénéfac servo tuo, et vivam, * et custodiam sermones tuos.* *Ant.* Iusti.


- 3 *Etsi* príncipes sedent et advérsus **me loquúntur**, * servus tamen tuus exercétur in iustificatió**ni**bus tuis.

Ant. Iusti.

- 4 *Et loquar* de testimoniis tuis in conspéctu **regum**, * et non **confúndar**. **Ant.** Iusti.

Antiphona I ad communionem

I f



Qui vult ve-ní-re post me, * ábne-get semet-íp-sum, et tollat crucem su- am, † et sequá-tur me.

T. P. † et sequá-tur me, alle- lú-ia.

Psalmus 33



P. I *Be-ne-dícam* Dóminum in **om-ni témpo-re**, * sem-per laus e-ius in o-re **me- o.** **Ant.** Qui vult.

Flexa: clamávit, †


- 2 *Iste pauper clamávit*, † et Dóminus exaudívit eum, * et de ómnibus tribulatió**ni**bus eius salvávit eum.

Ant. Qui vult.


- 3 *Oculi Dómini super iustos, * et aures eius in clamórem eórum. Ant. Qui vult.*
- 4 *Vultus autem Dómini super faciéntes mala, * ut perdat de terra memóriam eórum. Ant. Qui vult.*
- 5 *Clamavérunt, et Dóminus exaudivit, * et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos. Ant. Qui vult.*
- 6 *Iuxta est Dóminus iis qui contríto sunt corde, * et confráctos spírítu salvábit. Ant. Qui vult.*
- 7 *Multe tribulatiónes iustórum, * et de ómnibus his liberábit eos Dóminus. Ant. Qui vult.*
- 8 *Custódit ómnia ossa eórum, * unum ex his non conterétur. Ant. Qui vult.*
- 9 *Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum, * et non puniéntur omnes qui sperant in eo. Ant. Qui vult.*

Antiphona II ad communionem

IV E




H a-bi-tábit * in taberná-cu-lo tu-o, requi-éscet




in monte sancto tu-o.


Psalmus 14




Y. I Dómi-ne, quis habi-tá-bit in taberná-cu-lo tu-o?*



quis requi-éscet in monte sancto tu-o?



Ant. Ha-bi-tábit.



¶. 4 Dóminum glo-rí-fi-cat. ¶. 6 Qui facit hæc, *





Flexa: su-a, †


- 2 Qui ingréditur sine mácula, et operátur iustítiam; * qui lóquitur veritátem in corde suo. **Ant.** Habitábit.
- 3 Qui non egit dolum in lingua sua, † nec fecit próximo suo malum, * et oppróbrium non íntulit próximo suo. **Ant.** Habitábit.
- 4 Ad níhilum reputátus est in conspéctu eius malígnus, * timéntes autem Dóminum gloríficat. **Ant.** Habitábit.
- 5 Qui iurat in detriméntum suum et non mutat, † qui pecúniam suam non dedit ad usúram, * et múnera super innocéntem non accépit. **Ant.** Habitábit.
- 6 Qui facit hæc, * non movébitur in ætérnum. **Ant.** Habitábit.

Commune Sanctorum

Antiphona I ad introitum

VIII G 
Iustus ut palma * flo-ré-bit, sicut cedrus Lí-



ba-ni † multiplicá-bi-tur. **T. P.** † multipli-cá-bi-tur,


alle-lú-ia.

Psalmus 91



Y. I Bonum est confi-té-ri **Dómino**, * et psálle-re nó-mi-



ni tu-o, **Altíssime**. **Ant.** Iustus.

2 *Annuntiáre* mane misericórdiam tuam, * et veri-tátem tuam *per* noctem. **Ant.** Iustus.

3 *In* decachórdio et psaltério, * cum cántico *in* cíthara. **Ant.** Iustus.

4 *Quia* delectásti me, **Dómine**, in factúra tua, * et in opéribus mánuum tuárum *exultábo*. **Ant.** Iustus.

5 *Quam magnificáta* sunt ópera tua, **Dómine**: * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ. **Ant.** Iustus.

6 *Plantáti* in domo **Dómini**, * in átriis Dei nostri *floré-bunt*. **Ant.** Iustus.

- 7 *Quóniam* rectus Dóminus, refúgium **meum**, * et non est iníquitas *in* eo. **Ant.** Iustus.

Antiphona II ad introitum

IV E

Se-cus decúrsus aquárum * plantá-vit víne-am iu-stó-rum: et in lege Dómini fu-it volúntas e-ó-rum.

Psalmus 1

V. **I** *Be-á-tus* vir, qui non áb-i-it in consí-li-o im-pi-ó-rum, † et in vi-a pecca-tórum non ste-tit, * et in convéntu deri-só-rum non se-dit. **Ant.** Secus.

- 2 *Sed in lege Dómini volúntas* eius, * et in lege eius meditátur *die ac nocte.* **Ant.** Secus.
- 3 *Et fólium eius non défluet,* * et ómnia quæcúmque fáciét *prosperabúntur.* **Ant.** Secus.
- 4 *Non sic ímpii, non* sic, * sed tamquam pulvis quem *próicit ventus.* **Ant.** Secus.
- 5 *Ideo non consúrgent ímpii in iudício,* * neque pecca-tóres in concílio *iustórum.* **Ant.** Secus.

- 6 *Quóniam* novit Dóminus viam *iustórum*, * et iter *impiórum* *períbit*. *Ant.* Secus.

Psalmus responsorius I E *

Ps. 111




V. 1 Be-á-tus vir qui *timet* Dóminum. *R.* In mandátis



e-ius cupit nimis.



V. 2 Potens in terra e-rit semen e-ius, * gene-rá-ti-o




rectórum bene-di-cé-tur. *R.* In mandá-tis.


- 3 Glória et divítiae in domo eius, * et iustítia eius manet in *sæculum* *sæculi*. *R.* In mandátis.
- 4 Exórtum est in ténebris lumen *rectis*, * miséricors et miserátor *et iustus*. *R.* In mandátis.
- 5 Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, ' dispónet res suas in iudício, * quia in ætérnum non *comovébitur*. *R.* In mandátis.
- 6 In memória ætérna erit *iustus*, * ab auditióne mala non *timébit*. *R.* In mandátis.
- 7 Parátum cor eius, sperans in Dómino, ' confirmátum est cor eius, non *timébit*, * donec despíciat inimícos *suos*. *R.* In mandátis.
- 8 Distribuit, dedit paupéribus; ' iustítia eius manet in *sæculum* *sæculi*, * cornu eius exaltábitur *in glória*. *R.* In mandátis.

Psalmus responsorius II E I


Ps. 131



Y. 1 Sacerdó-tes tu-i indu-ántur *iustí-ti-am*. R. Et



sancti tu- i exsúltent.



Y. 2 Meménto, Dómine, **Da-**vid * et omnis mansu- e-



tú-di-nis e-ius. R. Et sancti.

- 3 Quia iurávit Dómino, * votum vovit Poténti **Iacob**.
R. Et sancti.
- 4 Propter David servum **tuum** * non avértas fáciem
christi **tui**. R. Et sancti.
- 5 Iurávit Dóminus **David**, * véritas est, et non recédet
ab ea. R. Et sancti.
- 6 « De fructu ventris **tui** * ponam super *sedem tuam*.
R. Et sancti.
- 7 Si custodierint filii tui testaméntum **meum**, * et
testimónia mea quæ docébo eos. R. Et sancti.
- 8 Filii eórum usque in **sæculum** * sedébunt super
sedem tuam ». R. Et sancti.
- 9 Quóniam elégit Dóminus **Sion**, * desiderávit eam in
habitatióne **sibi**. R. Et sancti.
- 10 Sacerdótes eius índuam salutári, * et sancti eius
exsultatióne **exsultábunt**. R. Et sancti.
- 11 Illuc germináre fáciem cornu **David**, * parábo lu-
cérnam christo **meo**. R. Et sancti.

Pro doctoribus

Psalmus responsorius III C 2 g

Ps. 21



Ψ. 1 Narrábo nomen tu-um frátribus **me-is.** *R.* In



mé-di-o ecclé-si-æ laudábo te.



Ψ. 2 Qui timé-tis Dóminum, laudá-te e-um, * uni-



vérsum semen Iacob, glo-ri-fi-cá-te e-um. *R.* In



mé-di-o. Ψ. 3 ... afflicti-ónem **páupe-ris.**

3 Métuat eum omne semen **Israel**, * quóniam non spreuit neque despéxit afflictiónem **páu-peris.**

R. In médio.

4 Nec avértit fáciem suam ab eo, * et cum clamáret ad eum, exaudívit. *R.* In médio.

5 Apud te laus mea in ecclésia **magna**; * vota mea reddam in conspéctu timéntium **eum.** *R.* In médio.


6 Edent páuperes et saturabúntur, ' et laudábunt Dóminum qui requírun't **eum**: * « Vivant corda eórum in sáculum **sæculi** ». *R.* In médio.

7 Reminiscéntur et converténtur ad **Dóminum** * univérsi fines **terræ.** *R.* In médio.

- 8 Et adorábunt in conspéctu eius * univérsæ famíliæ **géntium**. *R.* In médio.
- 9 Anima autem mea illi **vívet**, * et semen meum sérviet **ipsi**. *R.* In médio.


Alleluia

Ps. 36



A l-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



Ps. 1 Os iusti medi-tábi-tur sapi-énti-am, * et lingua




e-ius loqué-tur iudí-ci-um. **Omnes:** Allelúia.

- 2 Lex Dei eius in corde ipsíus, * et non vacillábunt gressus eius. **Omnes:** Allelúia.

vel Psalmus alleluiaticus I D I b


Ps. 36



Ps. 1 No-li æmulá-ri in ma-lignántibus, * neque ze-



láv-e-ris faci-éntes in-iquitá-tem. *R.* Alle-lú-ia, al-




le-lú-ia.

- 2 Spera in Dómino et fac bonitátem, * et inhabitábis terram et pascéris in fíde. *R.* Allelúia.
- 3 Quiésce in Dómino et exspécta eum; ' noli æmulári in eo qui prosperátur in via sua, * in hómine qui molítur insídias. *R.* Allelúia.
- 4 Mansuéli autem hereditábunt terram, * et delectábuntur in multitúdine pacis. *R.* Allelúia.
- 5 Mélius est módicum iusto * super divítias peccatórum multas. *R.* Allelúia.
- 6 Novit Dóminus dies immaculatórum, * et heréditas eórum in ætérnum erit. *R.* Allelúia.
- 7 Iusti autem hereditábunt terram, * et inhabitábunt in sæculum sæculi super eam. *R.* Allelúia.
- 8 Os iusti meditábitur sapiéntiam, * et lingua eius loquétur iudícium. *R.* Allelúia.
- 9 Lex Dei eius in corde ipsíus, * et non vacillábunt gressus eius. *R.* Allelúia.
- 10 Obsérva innocéntem, et vide rectum, * quóniam est postéritas hómni pacífico. *R.* Allelúia.

Psalmus alleluiaticus II C I

Ps. 88



ψ. I Mi-se-ricórdi-as Dómi-ni * in ætérnum can-



tá-bo. *R.* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.


- 2 In generatióem et generatióem * annuntiábo veritátem tuam in ore meo. *R.* Allelúia.
- 3 « Dispósui testaméntum elécto meo, ' iurávi David, servo meo: * Usque in ætérnum confirmábo semen tuum. *R.* Allelúia.
- 4 Et ædificábo in generatióem et generatióem * sedem tuam. *R.* Allelúia.

- 5 Confitebúntur cæli mirabilia tua, **Dómine**, * étenim veritátem tuam in ecclésia *sanctórum*. **R.** Allelúia.
- 6 Deus, metuéndus in consílio *sanctórum*, * magnus et terríbilis super omnes qui in *circúitu* eius sunt. **R.** Allelúia.
- 7 Tunc locútus es in visióne sanctis tuis, ' et dixísti: «Pósui adiutórium in *poténte*, * et exaltávi eléctum *de plebe*. **R.** Allelúia.
- 8 Invéni David servum **meum**; * óleo sancto meo unxi eum. **R.** Allelúia.
- 9 Manus enim mea firma erit cum eo, * et bráccium meum confortábit eum. **R.** Allelúia.
- 10 Et véritas mea et misericórdia mea cum **ipso** * et in nómine meo exaltábitur *cornu* eius». **R.** Allelúia.

Antiphona I ad offertorium


IV A

P

o-su- ísti, **Dómine**, * super caput e-ius corónam

de lápi-de pre-ti-ó-so.


Psalmus 20



Y. I *Dómi*-ne, in virtú-te tu-a lætá-bi-tur rex, * et



super sa-lutá-re tu-um exsultábit *ve-hemén*-ter.




Ant. Po-su- ísti.

- 2 *Desiderium cordis eius tribuisti ei, * et voluntatem labiorum eius non denegasti. Ant. Posuisti.*
- 3 *Vitam petiit a te, et tribuisti ei, * longitudinem dierum in saeculum et in saeculum saeculi. Ant. Posuisti.*
- 4 *Magna est gloria eius in salutari tuo, * magnificentiam et decorem impones super eum. Ant. Posuisti.*

Antiphona II ad offertorium
extra tempus Quadragesimae



In caelestibus regnis * sanctorum habitatio



est, alleluia: et in aeternum requies eorum, al-



leluia.

Psalmus 20



Y. I *Domine, in virtute tua letabitur rex, **



et super salutare tuum exsultabit vehementer.



Ant. In caelestibus.

- 2 *Quóniam* prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis; * posuísti in cápite eius corónam de auro puríssimo. **Ant.** In cæléstibus.
- 3 *Quóniam* pones eum benedictiónem in sæculum sæculi, * lætificábis eum in gáudio ante vultum tuum. **Ant.** In cæléstibus.
- 4 *Exaltáre*, Dómine, in virtúte tua; * cantábimus et psallémus virtútes tuas. **Ant.** In cæléstibus.


Antiphona I ad communionem



Fidé-lis servus et prudens, * quem constí-tu-it




Dóminus super famí-li-am † su-am. **T. P.** † su-am,




alle-lú-ia.


Psalmus 33




Y. 1 *Be-ne-dícam* Dóminum in om-ni témpo-re, *



semper laus e-ius in o-re me-o. **Ant.** Fidé-lis.




Y. 2 ... glori-ábi-tur á-nima me-a, *



Flexa: clamávit, †

- 2 *In Dómino gloriábitur ánima mea, * áudiant mansuéti et læténtur. Ant. Fidélis.*
- 3 *Magnificáte Dóminum mecum, * et exaltémus nomen eius in idípsum. Ant. Fidélis.*
- 4 *Exquisívi Dóminum, et exaudivit me, * et ex ómnibus terróribus meis erípuit me. Ant. Fidélis.*
- 5 *Respícite ad eum, et illuminámini, * et fácies vestræ non confundéntur. Ant. Fidélis.*
- 6 *Iste pauper clamávit, † et Dóminus exaudivit eum, * et de ómnibus tribulatióibus eius salvávit eum. Ant. Fidélis.*
- 7 *Vallábit ángelus Dómini in circúitu timéntes eum, * et erípiet eos. Ant. Fidélis.*
- 8 *Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus; * beátus vir qui sperat in eo. Ant. Fidélis.*
- 9 *Timéte Dóminum, sancti eius, * quóniam non est inópia timéntibus eum. Ant. Fidélis.*
- 10 *Dívites eguérunt et esuriérunt, * inquiréntes autem Dóminum non deficiént omni bono. Ant. Fidélis.*


Antiphona II ad communionem



Qui mi-hi minístrat, * me sequá-tur: et u-bi




ego sum, il-lic sit † et mi-níster me-us. **T. P.** † et mi-




níster me- us, alle- lú-ia.

Psalmus 33



¶. 1 *Be-ne-dí-cam* Dóminum in **om-ni** tēmpore, * sem-




per laus e-ius in *o-re* **me-** o. *Ant.* Qui mi- hi.

- 2 *Veníte, filii, audíte me:* * timórem Dómini *docébo* vos. *Ant.* Qui mihi.
- 3 *Quis est homo qui vult vitam,* * diligit dies ut *videat bonum?* *Ant.* Qui mihi.
- 4 *Próhibe linguam tuam a malo,* * et lábia tua ne loquántur **dolum.** *Ant.* Qui mihi.
- 5 *Clamavérunt, et Dóminus exaudívit,* * et ex ómnibus tribulatió nibus eórum liberávit eos. *Ant.* Qui mihi.
- 6 *Iuxta est Dóminus iis qui contríto sunt corde,* * et confráctos spírítu salvábit. *Ant.* Qui mihi.
- 7 *Multæ tribulatió nes iustórum,* * et de ómnibus his liberábit eos **Dóminus.** *Ant.* Qui mihi.
- 8 *Custódit ómnia ossa eórum,* * unum ex his non **conterétur.** *Ant.* Qui mihi.
- 9 *Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum,* * et non puniéntur omnes qui *sperant in eo.*
Ant. Qui mihi.

Commune Sanctarum


Antiphona I ad introitum

VIII G



D i-le-xí-sti iustí-ti-am, * et o-dísti in-iqui-
tá-tem: proptér-e-a unxit te De-us ó-le-o † læ-tí-
ti-æ. **T. P.** † læ-tí-ti-æ, alle-lú-ia.

Psalmus 44




Ps. 1 *E-ructá*-vit cor me-um verbum bo- num, † dico
ego ó-pe-ra me-a re- gi. * Lingua me-a cá-lamus
scribæ ve-ló-ci-ter scribén- tis. **Ant.** Di-le-xí-sti.

- 2 *Filiæ regum inter honorátas tuas; * ástitit regína a dextris tuis ornáta auro ex Ophir.* **Ant.** Dilexísti.

- 3 *Audi, fíliã, et vide, † et inclína aurem tuam, * et obli-
viscere pópulum tuum et domum patris tui.*
Ant. Dilexísti.
- 4 *Et concupíscet rex spéciem tuam, * quóniam ipse
est dóminus tuus, et adóra eum.* *Ant.* Dilexísti.
- 5 *Fíliã Tyri cum munéribus; * vultum tuum depre-
cabúntur dívites plebis.* *Ant.* Dilexísti.
- 6 *In véstibus variegátis adducétur regi; * vírgines post
eam, próximæ eius, afferúntur tibi.* *Ant.* Dilexísti.
- 7 *Afferúntur in lætítia et exsultatióne, * adducúntur in
domum regis.* *Ant.* Dilexísti.

Antiphona II ad introitum



Ve-ni, sponsa Christi, * ácci-pe co-rónam, quam



tí-bi Dóminus præpa-rávit † in æ-térnum.



T. P. † in æ-térnum, alle-lú-ia.


Psalmus 23



Y. I Dó-mi-ni est terra et ple-ni-tú-do e- ius, *



orbis terrárum et qui hábi-tant in e- o.



Ant. Ve-ni. **Flexa:** mundo corde, †

- 2 *Quia* ipse super mária fundávit eum, * et super flúmina firmávit eum. **Ant.** Veni.
- 3 *Quis* ascéndet in **montem** Dómini, * aut quis stabit in loco **sancto** eius? **Ant.** Veni.
- 4 *Innocens* mánibus et mundo corde, † qui non accépit in vanum **nomen** eius, * nec iurávit in **dolum**. **Ant.** Veni.
- 5 *Hic* accípiet benedictiónem a Dómino, * et iustificatióem a Deo salutári suo. **Ant.** Veni.
- 6 *Hæc* est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem **Dei** Iacob. **Ant.** Veni.

Psalmus responsorius ut in sollemnitate Conceptionis immaculatæ B. Mariæ V., p. 324.


Alleluia

Ps. 118




A l-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



¶. I Be-á-ti immacu-lá-ti in vi-a, * qui ámbu-




lant in le-ge **Dómi-ni.** **Omnes:** Allelúia.


- 2 *In toto corde meo exquisívi te, * ne erráre me fácias a præcéptis tuis. Omnes: Allelúia.*

vel **Psalmus alleluiaticus I E 2 d**

Ps. 118



Y. I Be-á-ti immacu-lá-ti in vi- a, * qui ámbu-



lant in lege **Dómi-ni. R.** Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

- 2 *In toto corde meo exquisívi te, * ne erráre me fácias a præcéptis tuis. R. Allelúia.*
- 3 *In corde meo abscondí elóquia tua, * ut non peccem tibi. R. Allelúia.*
- 4 *Viam veritátis elégi, * iudícia tua propósui mihi. R. Allelúia.*
- 5 *Adhási testimóniis tuis, Dómine; * noli me confúndere. R. Allelúia.*
- 6 *Viam mandatórum tuórum curram, * quia dilatásti cor meum. R. Allelúia.*
- 7 *Ecce concupívi mandáta tua; * in iustítia tua vivífica me. R. Allelúia.*
- 8 *Et custódiam legem tuam semper, * in sáeculum et in sáeculum sæculi. R. Allelúia.*
- 9 *Et ambulábo in latitúdine, * quia mandáta tua exquisívi. R. Allelúia.*
- 10 *Et delectábor in præcéptis tuis, * quæ diléxi. R. Allelúia.*

Psalmus alleluiaticus II D 1 b

Ps. 118



Y. I Be-á-ti immacu-lá-ti in vi- a, * qui ámbu-




lant in lege **Dómi-ni**. *R.* Alle-lú-ia, alle-lú-ia.

- 2 Memor fui iudiciórum tuórum a sáculo, **Dómine**, * et consolátus sum. *R.* Allelúia.
- 3 Pórtio mea **Dóminus**: * dixi custodíre verba **tua**. *R.* Allelúia.
- 4 Me exspectavérunt peccatóres, ut pérderent me; * testimónia tua intelléxi. *R.* Allelúia.
- 5 Omnis consummationis vidi **finem**, * latum præceptum tuum **nimis**. *R.* Allelúia.
- 6 Lucérna pédibus meis verbum **tuum**, * et lumen sémitis **meis**. *R.* Allelúia.
- 7 Feci iudícium et iustítiam; * non tradas me calumniántibus me. *R.* Allelúia.
- 8 Gressus meos dírige secúndum elóquium **tuum**, * et non dominétur mei omnis **iníquitas**. *R.* Allelúia.
- 9 Príncipes persecúti sunt me **gratis**, * et a verbis tuis formidávit cor **meum**. *R.* Allelúia.
- 10 Lætábor ego super elóquia **tua**, * sicut qui invénit spólia **multa**. *R.* Allelúia.

Antiphona I ad offertorium




A f-fe-réntur in læ-tí-ti-a * et exsul-ti-óne:




adducéntur in templum re-gis.


Psalmus 44



Y. I Eructá-vit cor me-um verbum **bó-** num, † dico



ego ópera me-a re- gi. * Lingua me-a cá-lamus




scribæ ve-ló-citer scribén- tis. **Ant.** Affe-réntur.

- 2 *Dilexisti iustitiam et odísti iniquitátem, † proptérea unxit te Deus, Deus tuus, * óleo lætitiæ præ consórtibus tuis. Ant.* Afferéntur.
- 3 *Audi, fília, et vide, † et inclína aurem tuam, * et obliviscere pópulum tuum et domum patris tui. Ant.* Afferéntur.
- 4 *Et concupíscet rex spéciem tuam, * quóniam ipse est dóminus tuus, et adóra eum. Ant.* Afferéntur.


Antiphona II ad offertorium



D iffú-sa est grá-ti-a * in lábi-is tu-is, prop-




tér-e-a bene-dí-xit te De-us † in æ-térnum.




T. P. † in æ-térnum, alle-lú-ia.


Psalmus 44



Y. 1 Eructá-vit cor me-um verbum **bo-** num, † dico



ego ópera **me-** a re- gi. * Lingua me-a cá-la-




mus scribæ ve-lóci-ter scribén- tis. **Ant.** Diffú-sa est.

- 2 *Dilexisti iustítiam et odísti iniquitátem*, † proptérea unxit te Deus, **Deus tuus**, * óleo lætítiæ præ consórtibus **tuis**. **Ant.** Diffúsa est.
- 3 *Audi, fília, et vide*, † et inclína **aurem tuam**, * et obliviscere pópulum tuum et domum *patris tui*. **Ant.** Diffúsa est.
- 4 *Et concupíscet rex spéciem tuam*, * quóniam ipse est dómínus tuus, et *adóra eum*. **Ant.** Diffúsa est.

Antiphona I ad communionem



Médi- a nocte * clamor factus est: Ecce sponsus



ve-nit, ex-í-te óbvi- am e- i. **T. P.** Alle-lú-ia.

Psalmus 118 Beáti immaculáti, ut infra p. 374.

Antiphona II ad communionem

IV A

Prudentes vírgines, * aptá-te lámpades vestras:

ecce sponsus ve-nit, ex-í-te óbvi-am e-i.

T. P. Alle-lú-ia.

Psalmus 118

Y. I Be-á-ti immacu-lá-ti in vi-a, * qui ámbu-

lant in lege Dómini. **Ant. I.** Mé-di-a nocte. **vel Ant. II.**

Prudentes vírgines.

- 2 *Beáti, qui servant testimónia eius, * in toto corde exquirit eum. Ant. ut supra.*
- 3 *Non enim operáti sunt iniquitátem, * in viis eius ambulavérunt. Ant. ut supra.*
- 4 *Tu mandásti mandáta tua * custodiri nimis. Ant. ut supra.*
- 5 *Confitébor tibi in directióne cordis, * in eo quod didici iudiciá iustitiæ tuæ. Ant. ut supra.*

- 6 *Benedictus es, Dómine; * doce me iustificatiónes tuas.*
Ant. ut supra.
- 7 *In lábiis meis numerávi * ómnia iudícia oris tui.*
Ant. ut supra.
- 8 *In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis. Ant. ut supra.*
- 9 *In mandátis tuis exercébor, * et considerábo vias tuas.*
Ant. ut supra.

MISSÆ RITUALES,
PRO VARIIS
NECESSITATIBUS
ET VOTIVÆ

I.	Missæ rituales	p. 379
II.	Missæ pro variis necessitatibus	p. 386
III.	Missæ votivæ	p. 395

I. MISSÆ RITUALES

Pro sponsis

Antiphona ad introitum

I f

N

úp-ti-æ factæ sunt * in Cana Ga-li-læ-æ, et

e-rat i-bi Ie-sus cum Ma-rí-a matre † su-a.

T. P. † su-a, alle-lú-ia.

Psalmus 36

Y. I *No-li* æmu-lá-ri in ma- lignántibus, * neque

ze-láveris fa-ci-éntes iniqui-tá-tem. **Ant.** Núpti-æ.

Flexa: et sé-nu-i, †

- 2 *Spera* in Dómino et fac **bonitátem**, * et inhabitábis terram et pascéris in **fide**. *Ant.* Núptiæ.
- 3 *Delectáre* in Dómino, * et dabit tibi **petitiónes cordis tui**. *Ant.* Núptiæ.
- 4 *Commítte* Dómino viam tuam et **spera** in eo, * et *ipse* **faciet**. *Ant.* Núptiæ.
- 5 *Et* edúcet quasi lumen **iustítiam tuam**, * et iudícium tuum tamquam **merídiem**. *Ant.* Núptiæ.
- 6 *Mansuéti* autem hereditábunt **terram**, * et delectabúntur in **multitúdine pacis**. *Ant.* Núptiæ.
- 7 *Mélius* est **módicum iusto** * super divítias peccatórum **multas**. *Ant.* Núptiæ.
- 8 *Novit* Dóminus dies **immaculatórum**, * et heréditas eórum in **ætérum erit**. *Ant.* Núptiæ.
- 9 *A* Dómino gressus hóminis **confirmántur**, * et viam *eius* **volet**. *Ant.* Núptiæ.
- 10 *Iúnior* fui, et **sénui**, † et non vidi iustum **derelíctum**, * nec semen eius *quærens* **panem**. *Ant.* Núptiæ.

Psalmus responsorius E *

Ps. 111




¶. 1 Be-á-tus vir qui **timet** Dóminum. *R.* In mandá-



tis e-ius cupit nimis.



¶. 2 Po-tens in terra e-rit semen e- ius, * gene-rá-




ti- o rectórum bene-di- cé- tur. *R.* In mandá-tis.

- 3 Glória et divítiae in domo eius, * et iustítia eius manet in *sæculum* *sæculi*. *R.* In mandátis.
- 4 Exórtum est in ténebris lumen *rectis*, * miséricors et miserátor *et iustus*. *R.* In mandátis.
- 5 Iucúndus homo qui miserétur et cómodat, ' dispónet res suas in iudício, * quia in ætérnum non *comovébitur*. *R.* In mandátis.
- 6 In memória ætérna erit *iustus*, * ab auditióne mala non *timébit*. *R.* In mandátis.
- 7 Parátum cor eius, sperans in Dómino, ' confirmátum est cor eius, non *timébit*, * donec despíciat inimícos *suos*. *R.* In mandátis.
- 8 Distríbuit, dedit paupéribus; * iustítia eius manet in *sæculum* *sæculi*. *R.* In mandátis.

Alleluia

Ps. 19




A l-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



Y. 1 *Exáudi-* at te Dóminus in di- e tribula- ti-ónis, *




pró-tegat te nomen **De-** i **Ia-** cob. **Omnes:** Allelúia.


- 2 *Tríbuat tibi secúndum cor tuum*, * et omne consílium *tuum* adímp^{leat}. **Omnes:** Allelúia.

vel Psalmus alleluaticus D 7 b


Ps. 19



Y. 1 Exáudi-at te Dóminus in di-e tribu-la-ti-ó-nis, *




pró-tegat te nomen De-i Ia-cob. R. Alle-lú-ia, al-



le-lú-ia.


- 2 Mittat tibi auxílium de **sancto**, * et de Sion tueátur te. R. Allelúia.
- 3 Memor sit omnis sacrificii **tui**, * et holocáustum tuum pingue **hábeat**. R. Allelúia.
- 4 Tríbuat tibi secúndum cor **tuum**, * et omne consílium tuum ad**ímpleat**. R. Allelúia.
- 5 Lætábimur in salutári tuo, ' et in nómine Dei nostri levábimus **signa**; * ímpleat Dóminus omnes petitiónes **tuas**. R. Allelúia.
- 6 Nunc cognóvi, quóniam salvum fecit Dóminus christum suum; ' exaudívit illum de cælo **sancto suo**, * in virtútibus salutís dexteræ eius. R. Allelúia.

Antiphona ad offertorium



terram. T. P. † he-redi-tábunt terram, alle-lú-ia.

Psalmus 36



Y. I *De-clína* a ma-lo et fac bo-num, * et inha-



bi-tábis in *sæcu-lum* *sæcu-li*. **Ant.** Qui expéctant.



Flexa: libe-rá-bit e-os, †

- 2 *Quia* Dóminus amat iudícium, * et non derelínquet *sanctos suos*. **Ant.** Qui expéctant.
- 3 *Iusti* autem hereditábunt *terram*, * et inhabitábunt in *sæculum* *sæculi* *super eam*. **Ant.** Qui expéctant.
- 4 *Et adiuvábit* eos Dóminus et liberábit eos, † et éruet eos a peccatóribus et salvábit eos, * quia speravérunt in eo. **Ant.** Qui expéctant.

Antiphona ad communionem




E c-ce * sic bene-di-cé-tur homo, qui timet † Dó-



minum. **T. P.** † Dómi-num, alle-lú-ia.

Psalmus 127



¶. 1 *Be-á-tus* omnis qui *timet* **Dó**minum, * qui *ám-*



bu-lat in vi-is e-ius. **Ant.** Ecce.



¶. 6 ... *Pax super* **Isra-** el.

- 2 *Labóres mánuum tuárum manducábis*, * beátus es, et *bene tibi* erit. **Ant.** Ecce.
- 3 *Uxor tua* sicut *vitis fructífera* * in *latéribus domus tuæ*. **Ant.** Ecce.
- 4 *Filii tui* sicut *novéllæ olivárum* * in *circúitu mense tuæ*. **Ant.** Ecce.
- 5 *Benedícat tibi Dóminus ex Sion*, * et *videas bona Ierúsalem* ómnibus *diébus vitæ tuæ*. **Ant.** Ecce.
- 6 *Et videas filios filiórum tuórum*. * *Pax super Israel*. **Ant.** Ecce.

In professione religiosa

Antiphona ad introitum Oculi mei, p. 96.

Psalmus responsorius Quemádmódum desíderat, p. 146,
vel Quam dilécta, p. 71.

Psalmus alleluiaticus Beáti immaculáti I vel II, p. 370.

Antiphona ad offertorium Qui te expéctant, p. 56.


Antiphona ad communionem Adiuva me, p. 244, vel
extra tempus Quadragesimæ Quærite primum, p. 230.

Tempore paschali in fine antiphonarum cantatur
allelúia, uti notatur p. 439.


II. MISSÆ
PRO VARIIS NECESSITATIBUS

In anniversario Papæ vel Episcopi

Antiphona ad introitum Cantáte Dómino, p. 386;
sed extra tempus paschale hoc modo cantatur:



C antá-te Dómino * cánti-cum no-vum: laus e-



ius ab extrémis terræ.

Psalmus responsorius Sacerdótes tui, p. 358.

Psalmus alleluiaticus Lætátus sum, p. 332.

Antiphona ad offertorium Déxtera Dómini, p. 151.

Antiphona ad communionem:



pro Papa: Tu es Petrus, p. 286.

pro Episcopo: Fidélis servus, p. 364.

Tempore paschali in fine antiphonæ Tu es Petrus
cantatur allelúia, uti notatur p. 439.

Pro vocationibus

Antiphona ad introitum

VIII G **T** u es, Dómine, * qui restí-tu-es he-redi-tá-tem me-am † mi-hi. **T. P.** † mi-hi, alle-lú-ia.

Psalmus 15

**Ps.** 1 *Consérva* me, De- us, * quóni-am spe-rá-viin te. **Ant.** Tu es. **Flexa:** cor me-um, †

- 2 *Dixi* Dómino: « Dóminus meus **es** tu, * bonum mihi *non est sine te* ». **Ant.** Tu es.
- 3 *In sanctos* qui sunt in terra, ínclitos **viros**, * omnis volúntas mea *in* eos. **Ant.** Tu es.
- 4 Dóminus pars hereditátis **meæ**, * et *cálicis* **mei**.
Ant. Tu es.
- 5 *Funes* cecidérunt mihi in præcláris; * ínsuper et heréditas mea *speciósa est* **mihi**. **Ant.** Tu es.
- 6 *Proponébam* Dóminum in conspéctu meo **semper**, * quóniam a dextris est mihi, *non commovébór*.
Ant. Tu es.
- 7 *Propter* hoc lætátum est cor **meum**, † et exsultavérunt præcórdia **mea**; * ínsuper et caro mea *requi-éscet in spe*. **Ant.** Tu es.

- 8 *Notas* mihi fácies vias vitæ, † plenitúdinem lætítiæ cum vultu tuo, * delectatiónes in délixtera tua usque in finem. *Ant.* Tu es.

Psalmus responsorius Lætátus sum, p. 60, vel *Quam dilécta*, p. 71.

Psalmus alleluaticus Dóminus illuminátio mea, p. 72.

Antiphona ad offertorium Deus ádiuvat me, p. 229.

Antiphona ad communionem Introíbo ad altáre Dei, p. 107, vel *Qui mihi ministrat*, p. 365.


Tempore paschali in fine antiphonarum Deus ádiuvat me et *Introíbo*, cantatur allelúia uti notatur p. 439.

Pro unitate Christianorum

Antiphona ad introitum Ego sum pastor bonus, p. 165;
tempore autem Quadragesimæ hoc modo cantatur:



E -go sum * pastor bo-nus, qui pasco oves me-



as, et pro ó-vi-bus me- is pono ánimam me-am.

Psalmus responsorius Lætátus sum, p. 60.

Psalmus alleluaticus In converténdo, p. 284.

Antiphona ad offertorium Qui te expéctant, p. 56.

Antiphona ad communionem Illuminátio mea, p. 101.

Tempore paschali in fine antiphonarum ad offertorium et ad communionem, cantatur allelúia uti notatur p. 439.

Pro pace et iustitia servanda

Antiphona ad introitum Da pacem, p. 242.

Psalmus responsorius Ad te, Dómine, p. 210.

Psalmus alleluaticus In te, Dómine, p. 228.

Antiphona ad offertorium Ne derelínquas me, p. 235.

Antiphona ad communionem Da nobis, Dómine, p. 88.

Tempore paschali in fine antiphonarum, cantatur allelúia uti notatur p. 439.


In quacumque necessitate

Antiphona ad introitum

I a




Clamor me- us * ad te véni- at, † De- us.



T. P. † De- us, alle- lú-ia.


Psalmus 101



¶. 1 *Non abscondas fá-ci-em tu-am a me; † in qua-*



cúmque di- e tríbu-lor, * inclína ad me *aurem*



tu- am. *Ant.* Clamor.

- 2 *In quacúmque die invocávero te, * velóciter exáudi me. Ant.* Clamor.
- 3 *Tu exsúrgens miseréberis Sion, † quia tempus miseréndi eius, * quia venit tempus. Ant.* Clamor.
- 4 *Et tímébunt gentes nomen tuum, Dómine, * et omnes reges terræ glóriam tuam. Ant.* Clamor.
- 5 *Quia ædificávit Dóminus Sion, * et appáruit in glória sua. Ant.* Clamor.

- 6 *Respéxit* in oratióem ínopum, * et non spreuit precem eórum. **Ant.** Clamor.
- 7 *Quia* prospéxit de excélsó sanctuáριο suo, * Dóminus de cælo in terram aspéxit. **Ant.** Clamor.
- 8 *Ut* audíret gémitus compeditórum, * ut sólveret filios mortis. **Ant.** Clamor.
- 9 *Ut* annúntient in Sion nomen Dómini, * et laudem eius in Ierúsalem. **Ant.** Clamor.

Extra tempus Quadragesimæ et tempus paschale:

Psalmus responsorius *Adiuva nos, ut in feria IV cinerum, p. 84; Allelúia, ut in Missa III temporis per annum, p. 228;*

vel Psalmus alleluiaticus *Diligam te, ut infra.*

Tempore Quadragesimæ:

Psalmus responsorius vel Tractus, ut in Missa de dominica IV Quadragesimæ, p. 103.

Tempore paschali:


Psalmus alleluiaticus I *In te, Dómine, ut in Missa III temporis per annum, p. 228.*

Psalmus alleluiaticus II E 2 d

Ps. 17



Ps. 17 *Dí-li-gam te, Dómine, forti-túdo me-a. ' Dómi-*



*ne firmaméntum me-um et re-fú-gi-um me- um **



et libe-rá-tor me- us. Rj. Alle-lú-ia, alle-lú- ia.

- 2 *Deus meus, adiútor meus, et sperábo in eum: * protéctor meus, et cornu salutis meæ, et suscéptor meus. Rj. Allelúia.*


- 3 Laudábilem invocábo **Dóminum**, * et ab inimícis meis salvus ero. *R.* Allelúia.
- 4 In tribulatióne mea invocávi **Dóminum**, * et ad Deum meum clamávi. *R.* Allelúia.
- 5 Exaudívit de templo suo vocem **meam**, * et clamor meus in conspéctu eius introívit in aures eius. *R.* Allelúia.
- 6 Et edúxit me in latitúdinem, * salvum me fecit, quóniam volúit me. *R.* Allelúia.
- 7 Et retríbuet mihi **Dóminus** secúndum iustítiam **meam**, * et secúndum puritátem mánuum meárum reddet **mihi**. *R.* Allelúia.
- 8 Quóniam tu pópulum húmilem salvum **fácies**, * et óculos superbórum humiliábis. *R.* Allelúia.
- 9 Quóniam tu accéndis lucérnam meam, **Dómine**; * Deus meus illúminat ténebras **meas**. *R.* Allelúia.
- vel Allelúia, ut in Missa I temporis paschalis, p. 168.

Antiphona ad offertorium

VII a




C onfi-tébor Dómino * nimis † in o-re me-o.




T. P. † in o-re me-o, alle-lú-ia.


Psalmus 108



Y. I *Lí-be-ra* me, qui-a e-génus et pau-per ego sum, *



et cor me-um vulne-rátum est intra me. **Ant.** Con-



fi-tébor.

- 2 *Adiuva* me, Dómine **Deus meus**, * *salvum* me fac secúndum misericórdiam **tuam**. *Ant.* Confitébor.
- 3 *Confitébor* Dómino nimis in ore **meo**, * et in médio multórum laudábo **eum**. *Ant.* Confitébor.
